HERMANNI KIRCHNERI, ... MORVILLERIUS: DE OFFICIO ET DIGNITATE CANCELLARII, LIBRIS QUATUOR EXPOSITUS

Hermann Kirchner, Giovanni Battista Coccini





BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 M
26

HERMANNI

KIRCHNERI,

J. U. Doctoris,

MORVILLERIUS:

DE OFFICIO ET DIGNITATE Cancellarii,

Libris quatuor expositus.



MARPURGI,

Typis Pauli Egenolphi, Typogr. Acad.

cIɔ Iɔ CXIII.







ILLUSTRISSIMÆ PRINCIPI AC DOMINÆ,

DOMINÆ SOPHIÆ,

DUCI BRUNSUICENSI ET LUneburgensi, Principi & Comiti in Henneberga, viduæ in hac antiquissima domo ultimæ,

Dominæ suæ clementissimæ, in Regia-Breitunga residenti.

D. D.



Um, *Illustrissima Princeps, & Domina clementissima, viderem jam pridem clarissimorum hominum lucubrationes, non modò vernaculo, sed etiam Latino sermone, & quidem de rerum sublimiorum contemplationibus, sub illustr. tuæ Cels. nomine atq; auspicio, ex aliis atq; aliis locis etiam procul dissitis, in lucem prodiisse; ratus equidem sum ingratitudinis vitio atq; pudori mihi versum iri, si nō eodem studii atq;*

 obser-

obſervantiæ debitæ genere qualemcunque animi mei ſignificationem declaraſſem. Quæ enim beneficiorum acceptorum ratio alios ad offerenda atque conſecranda ſua opera invitaſſe videtur: ea mihi longè maxima cauſa eſt, quamobrem Illuſtriſs. tuæ Celſ. non ſolùm unum atque alterum ingenii mei tenuioris opuſculum, verùm etiam omnes univerſæ ætatis labores atque vigilias addicere, & dedicare debeam. Nam ex quo tempore primùm illuſtriſſimi atque celſiſſimi Principis, & Domini mei atque Evergetæ clementiſſimi, Dn. Mauritii, Landgravii Haſſiæ, &c. commendatione, in Celſitud. tuæ clientelam atque in gratiam ſuſceptus fuerim, non materni ullius animi affectio majore benevolentia liberos ſuos complecti potuit, quàm Celſ. tuæ benignitas mihi (indigno fateor) tanquam aliquod cœlitùs oblatum lumen numenque affulſerit. In qua quidem Celſit. tuæ ergà literatos homines propenſiſſima voluntate, verè heroicum, tamque illuſtris tuæ familiæ altitudine digniſſimum animum, virtutemque patria indole ingeneratam, prudentiſſimi quique mortalium perſpiciunt & agnoſcunt.

ſcunt. Eadem enim erga viros eruditos bonosq́, clementiſsimi animi promptitudine magnanimum atq, celſiſsimum Principem, Ducem Erneſtum, conſtantiſsimum purioris Evangelicæ doctrinæ Confeſſorem, Celſ. tuæ dilectiſsimum, auguſt. mem. parentem, fuiſſe accepimus. Cujus ex quàm plurimis illuſtribus dictis & factis, quæ in prædicatione noſtrorum temporum verſantur, illud etiam omnium doctorum hominum vocibus celebratur, quod, quàm præclarè de bonis ſtudiis ſenſerit, quantoq́ in precio doctrinam ſacram liberalemq́, eruditionem habuerit, teſtimonio clariſsimo omni poſteritati eſſe poteſt. Cùm enim ex conventu Auguſtano, poſt exhibitam confeſsionem in provinciam ſuam feliciter rediiſſet, percunctantibus, ut fieri ſolet, domeſticis, quid ſibi rerum ex comitio retuliſſet? Retuliſſe ſe, inquit, theſaurum rerum omnium pretioſiſsimum, qui toti provinciæ quàm maximo uſui & commodo ſit futurus. Admirantibus quid rei foret omnibus, doctiſsimum virum Urbanum Regium, quem ſecum ex urbe Auguſtana adduxerat, ut Eccleſiam & ſcholas ditionis

suæ ordinaret, in medium constituit, atq; hic, ait, ille noster thesaurus est, quem nullis cum unionibus atq; opibus permutare velimus. Egregium & verè regium verbum! Ita enim Hispaniæ Regum sapientissimum Alphonsum, & cum eo omnes Imperatores atq; Principes prudentiores rectissimè de literis sensisse legimus. Atq; hanc divinam sententiam Illustrissimus Princeps Poppo, optim. memor. dilectissimus Illustriss. tuæ Cels. Dominus, & vitæ conjugalis consors, non modò summa erga homines eruditos clementia, amore & beneficentia, sed etiam assiduo studiorum usu & cultu comprobatissimam dedit. Nam quod præclarissimo exemplo Caroli Magni Imperatoris doctissimi quiq; Principes summa cum laude & prædicatione nominis sui fecisse leguntur, illud longè optimus Princeps divinæ gloriæ amplificandæ gratiâ diligentissimè secutus esse perspicitur, cùm, quantos in studio Theologico profectus fructusq; habuerit, publicis librorum monumentis, quæ non sine admiratione leguntur, contestatus fuerit. Idem verò Cels. tuæ judicium, tum de sacrosanctæ doctrinæ studiis, in

qui-


quibus noctes atq; dies diligentiſsimè legendis & audiendis verſaris, tum de reliquis præſtantioribus diſciplinis eſſe, mecũ omnes, qui aulam T. Celſ. ingreſsi ſunt, literati homines intellexerunt. Quòd autem hunc librum civilem, de Cancellarii officio & dignitate ſcriptum, conſecrare Illuſtr. tuæ Celſitudini voluerim, id peculiari quodam jure fieri debere cenſeo. Maximam enim ille partem per otium ejus temporis meditatus, & conceptus eſt, cùm diſsipata noſtra Academia metu peſtilentiæ, ad ſocerum meum perdilectum, Wolfgangum Lauterbachium, Secretarium & Præfectum domeſticum Celſ. tuæ, profectus, liberaliſsimo Clement. tuæ hoſpitio cum tota familia mea complures per menſes uterer. Quid verò æquius eſſe poteſt, quàm quidq; ad natalem ſuum locum domumq; remitti? Argumentum autem ſcriptionis illud eſt, quod memini ſæpiùs etiam inter Ill. tuæ Celſ. menſas pertractari, cùm de boni Cancellarii officio, eiq; multorum contrariis vitiis, ex hiſtoria veteri, diſputaretur, qui Principum ſuorum gratia & dignitatis poteſtate abuſi eſſent. Quod igitur vete-

veteres benefactoribus suis præstitisse prædicantur, cùm etiam vivis statuas & columnas in memoriam sempiternam erexerint: Ita gratissimi quasi monumenti loco hæc quoq; libri mei dedicatio habeatur, quam ut clementissimè Cels. tua admittat, & me meosq; materno illo affectu perpetuùm complexos teneat, submissa animi devotione rogo, eamq; divinæ protectioni, ut quàm diutissimè sospitam ætatem exigat, precibus quàm maximis commendo. Dab. Marpurgi, Kalend. Mart. An. MDCXIII.

Illustriss. tuæ Cels.

Addictiss.

Herm. Kirchnerus, J.U.D. & Profess. Marp. Acad.



LIBER



DE OFFICIO ET DIGNITATE CANCELLARII, CAP. I.

Scriptionis & inscriptionis ratio.



QUEM cunctæ civilis prudentiæ Enchiri- 1
dium appellant, rerumq; gerendarum usu Senatorem clarissimum, Philippum *Lips. not. ad lib. 1 pol. c. 9. Bod. lib. 3. c. 6.*
Cominæum, cum quivis veterum componendum historicum, cujus libri omnibus, *Lips. d. lo.*
qui in Republ. ac Principum atq; Regum consiliis versantur, cognitu utilissimi, juventuti Academicæ ex suggestu pu- *Chyt. in Chronolog.*
blico in frequentissima auditorum corona, quantis potui pro ingenii mediocritate viribus explicandum superioribus annis susceperam, hac opera fructuosissimi auctoris lectioni adhibita, ut, quod in sapientum singulis fieri verbis oportere ajunt, ex *Eras. in ling.*
minutissimis granis uberrimas arbores producere studuerim.
Quomodo verò illud? Rivulis, quos in singularium rerum tra- 2
ctationibus obvios habui, secundum Comicum consilium ad *Plaut. in Rud.*
maris & Oceani profundum investigandum comitibus usus sum. Nondum fortè quid velim, satis assequeris? Eloquar clarius. Hypothesin, ut in scholis loquuntur, singularum rerum ad thesin, generalemq; locum revocavi, quæque de materia unaquaq; in partem dici utramq; poterant, methodicis rationibus complexa, eo modo pertractare institui, ut è singularum rerũ diligentiori disquisitione, singuli libri confici possent. Illorum è numero hic de officio & dignitate Cancellarii exit, quem

3 Morvillerium ob id insignitum volui, quòd in commentariis
nostri Philippi, qui omnibus Alexandris dignus, quemadmo-
dum rectissimè de eo prædicat politicorum recentium magi-
Lips.lib.1.pol. c.9. ster sub primo limine, id nominis nobis occurrat Galliæ regis
Ludov. undecimi Cancellarius, qui hujus dissertationis nostræ
occasionem aperuit. Ejus n. intuitu de optima Cancellarii for-
ma cepi cogitare altiùs, quodq; veteris picturæ nobilissimus
Plin.li.35.c.9. artifex Zeusis in adumbranda Junonis imagine fecisse legitur,
4 illud in hujus nostri persona effingenda secutus sum. Quem-
admodum enim ille ex Agrigentinorum civitate quas habere
potuit omnium præstantissimas forma legit virgines, & ex eo,
quod in singulis laudatissimum atque pulcherrimum videba-
tur, ideam divinæ imaginis comprehendit, comprehensam pe-
nicillo atq; coloribus suis expressit. Ita hujus mei Cancellarii
5 simulacrum ex optimis omnium ætatum exemplis collectum
effinxi, & Platonicum quasi quoddam speculum dedi, in quo
vultum speciosissimæ dignitatis, altitudinemq; muneris con-
templetur, quicunq; in ea civilis administrationis parte collo-
catus, amplissimum Cancellarii nomen decusq; tueri, atque
longè gravissimam provinciam singulari laude munire, digne-
que sustinere velit. Quod quidem neminem non velle persua-
sissimum mihi habeo, cui virtus ac vera gloria cordi & curæ
6 erit. Ut igitur quod velis, eò felicius perficias, expeditissimi ne-
gotii est, ex aliis, ut ille in Socro loquitur, exemplum capere, ti-
7 bi quod usui sit. Hic autem multò maximus, atq; adeò divinus
historici studii fructus est, ut uno die, quod sanissima mente Fu-
Coriol.lib. de consiliar. rius Ceriola asserit, perfectè discere queas, quæ vix totius vitæ
experientia apprehendas. Atqui huic rei Morvillerium hunc
meum in publicam literarii theatri scenam adductum volui,
ut quæ ille documenta in illustri posita momento continet,
8 diligenter intuearis, indeq; tibi atq; tuo muneri, quod imitere
capias,

capias, quòd fœdum inceptu, fœdum exitu, ſecundum Livia- *Liv. in præf. oper.*
nam cohortationem vites. Sunt enim præteritæ res, perhiben- *Polyb. lib. 3.*
te Polybio, optima rerum gerundarum documenta, facileque 9
oſtendunt uniuſcujuſq; rationes, & conſilia atque occaſiones
eorum, quæ nobis gratiam, opem, beneficium parere poſſint.
Sunt præterea, ſecundum prudentiſſimi Hiſpaniæ Regis Al- 10
phonſi dictum, optimi rerum omnium conſiliarii mortui (li- *Panor. in d. & fact. Alph.*
bros intelligit) qui rectiſſima conſilia atq; præcepta inquirenti *Chyt. in præfat.*
abſq; omni ſimulationis & adulationis fuco fideliſſimè cuique *Chronol. ad*
præbeant. At ſtudia iſta altiora, inquis, ad curias aulasq; & ſe- *Henr. Iul. Duc.*
natorias potiùs ſellas, quàm ad ſubſellia Academica pertinent: *Brunſ. & Luneb.*
Scitamenta ſiquidem adultioris ſtomachi ſunt, quibus adole-
ſcentior ætas nondum ſatis concoquendis. Idem verò Philo- 11
ſophorum magiſter de totius practicæ doctrinæ auditore ju- *Ariſt. in Eth.*
dicat, qui tam à morali, quàm civili ſtudio juvenem procul ha-
bet. Sed multò prudentius Plato, qui hæc & alia id genus ſtu- 12
dia adoleſcentibus à prima lanugine diligenter advertenda eſ-
ſe monet, ut & juvenili memoriæ infixa diutiùs hæreant, & ma-
turiori deinde judicio ad actionem earum rerum rectiùs inſti-
tuendam promptiùs occurrant. Hoc itaq; conſilio ejuſmodi
doctrinarum tractationes in ſcholis publicis ſuſcepi, ut qui ad
civilis vitæ gubernationem adoleſcerent (quis autem juve- 13
num nunc temporis ad id genus vitæ non aſpirat?) haberent
olim unde facem & viaticum, ut cum Comico loquar, ad rectè
ingrediundum iter mutuentur. Nullius verò rei magis indi- *Marcell. lib.*
gent, qui ad Alexandros ſuos & principum aulas profecturi 14
ſunt juvenes Calliſthenes, quàm vitæ & officii prudenter be- *Plut. in Alex.*
neq; adminiſtrandi præſcripta ratione, & optimis conſiliis, ex-
emplo & monitu ſummi illius aulici magiſtri, qui ad regem, *Arrian. lib. 8. ἀναβάσ.*
quem ipſe adoleſcentem inſtituerat, nepotem miſſurus, ſalu-
berrimis præceptis juvenem inſtruxerat, quo cautè & pro- *Curt. lib. 8.*
vidè

15 vidè in lubrico aulæ limine versaretur; at ille dictorum imme-
Cic. lib.3. Tusc. mor, in præcipitium & exitium se ipse conjecit. Quod pari pro-
16 pè fato perquàm infeliciter quàm plurimis in hoc officii, de quo agimus, genere tanquam in scopulosissimo aliquo freto evenisse, nullæ non hominum ætates animadverterunt, quod quidem infra ostendemus suo loco pluribus. Nunc verò ad id, quod in rerum tractatione primum omnium expediri oportet, progrediemur.

CAP. II.

Cancellarii notatio, origo, differentia definitio.

1 UT itaq; principio nominis notationem investigemus, unde Cancellarii verbum profectum esse dicemus? Communi sententia ad Cancellos vulgò itur, quorum quidem si-
Lib.1.de Orat. gnificatio veteri foro notissima. Notus itidem Ciceronis lecto-
ri locus ille ex Oratore est: *Nam si quis*, inquit, *erit, qui hoc dicat*
2 *esse quandam Oratorum proprias sententias atq; causas, & certarum rerum forensibus cancellis circumseptam scientiam.* Quid verò ibi? Notant antiquitatis indagatores judicum consessum fuisse se-
l.5.C.de assess. Godof. ibidem in Not. ptis & repagulis distinctum, atque cancellis circundatum, ne quis temerè irrueret, nec nisi admissus & intromissus per mini-
3 stros judicum ingredi posset, quos ex eo Cancellarios primùm vocabant, quòd cancellis aperiundis præessent, & judiciorum
Am. lib.30. quasi Jani haberentur. Illud verò clariùs ex Ammiano perspi-
4 citur, qui de judiciis Romanis ita loquitur: *Cumq; intra*, inquit, *cancellorum venerint septa, & agi ceperint alicujus fortunæ vel salus, &c.* Illustri inditio forensium Cancellorum, quibus judicii locus circumseptus erat. Sed & consilio secretiori, & causæ gra-

viori

viori peragendæ prætendebantur cancellis aulæa & vela, de
quibus admodum perspicuè scripsit Clemens Const. li. 2. c. 56. *Clem. Const. li. 2. c. 56.*
his verbis, ubi de veterum judiciorum more agit: *Aspicite mundana judicia, quorum potestati videmus traditioni credas, adulteros,* 6
veneficos, sepulchrorum perfossores, latrones, de quibus cùm quæsiverunt præfecti judicio ab iis, qui illos in judicium adduxerunt, demum interrogant reos, an illa ita se habeant? Quibus affirmantibus non continuò eos ad supplicium mittunt, sed per plures dies quæstiones exercent multo consilio, & quidem velo interjecto. Tandem verò is, qui sententiam mortis in reum pronunciaturus est, sublatis manibus adversus Solem, se innocentem ab illius sanguine contestatur. Hæc ille. Sed 7
neq; judicialis illius veli usus in Jurisprudentiæ Rom. libris obscurus. Quid enim aliud Honorii & Theodosii Impp. locutio *l. 5. C de nauf. & C. Theod. eod. tit. l. 6.*
significat? *De submersis,* inquiunt, *navibus decernimus, ut levato velo istæ causæ cognoscantur.* Obscurior tamen nonnullis interpretibus verbi sensus esse videtur. Nec enim illi velum illud 8
rectè aperiunt, qui velo levato cognoscere opinantur idem esse, quod judicare deo eo quod quis viderit, nec illi, qui idem, *Cavalc. de br. reg. p. 1. c. 1. n. 144.*
quod sine metu sententiã dicere. Pro velo enim nubes: quam tamen sustulere antiquitatis peritiores, qui levato velo cognoscere, idem esse rectè docuerunt, quod, ut alibi leges loquuntur, de plano, summariè, sine strepitu, simpliciter, extra cancellos & judicii solennis consessum, aperta, ut Cujacius eo loco annotavit, fore. Sed ut ad Cancellos revocemur, non solùm judicum consessus, iis obvallatus, sed & loca illa, in quibus scribæ & ministri judicum Consistorio proximis versabantur, & tum 9 *Fely. in c. Canonum statuta. Marant. de ord. jud. part. dist. 9. n. 32. pract. Menoch. de arbit. jud. q. 7. Cujac. d. l.*
exarandis epistolis, unde viri Epistolares nominati, tum in scripturam referendis mandatis, edictis responsis, & sententiis incumbebant, cancellis erant, à judicum consessu distincta & separata, quod vel hodie etiam videre est in benè ordinatis curiis *l. 5. §. 2. C. de temp. appell. God. in Not. ad d. l. 5.*
ac dicasteriis, ut Godefridus notavit. A cancellis itaque istis, *God. in Not. ad l. 8.*

10 tanquam à ſubjecto loco, quos intra verſabantur, Cancellarii denominati, eadem flexionis ratione, qua Secretarii, Cubicularii, Camerarii, &c. dicuntur.

11 Verbum autem Cancellarii è Cancellis, qui oris Latini mutilatione ἀπὸ τῶν κιγκλίδων appellati videntur, longè poſt Pliniorum ætatem, cùm linguæ puritas plurimum jam pridem degeneraſſet, emanavit. In Arcadii enim & Honorii atq; Theodoſii Conſtitutionibus primùm illud legitur, quod Pandectarum libris planè ignotum.

Agat. lib. 1.

lib. 3. §. 8. C. de Adſeſſor.

12 Antiquius verò in jure verbum cancellandi eſt, quod non modò ab Imperat. Diocletiano & Maxi. uſurpatum in C. verùm etiam à Modeſtino lib. 8. Regul. & Ulpiano J Ctis lib. 4. diſp. frequentatum. At tum temporis vocem illam novam fuiſſe, minusq; vulgi auribus extra forenſes Cancellos tritam, inditio nobis eſſe videtur, quòd tum Ulpianus illam tanquam intellectu difficiliorem, verbo

l. inductum 22. C. de ſolut. & l. ſi chirog. 24. ff. de prob. l. cancellaverat 2. ff. de his qui in teſt. del.

13 ſynonymio explicaverit, *cùm cancellaverat quis*, inquit, *vel induxerat*, tum quòd ipſi Imperatores, qui alioqui Imperatoria brevitate, ut Tacitus teſtatur, præſertim in mandatis, edictis & legibus utuntur, interpretationem eandem adhibuerint, & inductum tanquam uſitatiùs verbum novo forenſi præmiſerint, *inductum*, inquiunt, *id eſt, Cancellatum, nec ne ſit chirographum, &c.* quaſi dicerent, inductum, quod nunc cancellatum vocant, &c. Cùm enim ea, quæ ſtylo delentur, lineis, veluti cancellis, & reticulis inducantur, ſcriptura & chirographum ea forma deletum, inductum & ſuperſcriptum Cancellatum per Metaphoram dici cepit. Atqui his tribus antiquioribus verbis Suetonius conjunctim utitur. *Multa*, inquit, *& deleta, & inducta, & ſuperſcripta inerant.* Et ita titulus inſcriptus quartus ff. lib. 38. *De his quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur*, ubi in poſtrema editione animadverſum, inſcriptum pro ſuperſcripto accipi. Illud verò uno Cancellandi verbo complectebatur ſtylus

d. l. 2.

Suet. in v. Ner.

God. in Not. ibi.

ſtylus forenſis. A cancellando itaq; Cancellarium, qui nobis 14
hodie exiſtit, & quem hoc libro deſcriptum volumus, appella-
mus. Ille enim verbi ejus vi & poteſtate utitur, cancellat, hoc
eſt, delet, inducit, ſupraſcribit, vel etiã rumpit, lacerat, uti illud
explicat Johannes Montanus, curiæ & dicaſterii ſcripturas *Mont. de autor.*
omnes, dum reliquorum, qui in cancellis unà verſantur, ma- *mag. con. n. 10.*
num & mentem regit, corrigit, emendat, revidet, & ut ſumma-
tim dicam, regni & principis animum, ſenſum & dexteram in
curia totam repræſentat. Longiſſimo enim tam officii, quàm 15
dignitatis intervallo hic noſter ab illis Cancellariis deſtinctus
eſt, quos veteres Imperatorum cancelli continebant. Illi ſiqui- *d.l.5.l.5.§.2.*
dem judicibus erant adjuncti adminiſtri, erant eorum dome-
ſtici, erant anagnoſtæ & ſcribæ, qui epiſtolas juſſiones, edicta *C. de temp. app.*
deſcribebant, non verò inſcribebant, non ſubſcribebant, quod
ne quidem aſſeſſoribus licebat, metu exilii, ſed ſoli præſidi &
judici competebat. Erant in eo re ipſa Cancellarii, hoc eſt, can-
cellis & repagulis quaſi ſervilibus circundati atque concluſi, 16
quòd non ſolùm cum conſiliariis, præſidum & judicum, poſt *d.l.5.*
depoſitam adminiſtrationem, intra quinquaginta dies exire
provincia prohiberentur, quodq; deinde ad miniſterium in *d.l.5 l.6.*
provincia ſemel geſtum, iterum non aſpirare, nedum per am-
bitionem remeare auderent: verùm etiam, ſi idonea cauſa ex-
egiſſet (verba legis) ad detegenda judicum flagitia inſtar ſervo- *l.8. C. de aſſ.*
rum in caput domini, quæſtioni ſubjicerentur. Erant iidem *l.1. & paſſim ff. de quæſt.*
non arbitrio judicis quæſiti, cui interdictum erat propoſita 17
honoris & bonorum amittendorum pœna, ad provinciam ſi-
bi commiſſam quenquam ſecum ducere, cui domeſtici vel *d.l.8.*
Cancellarii nomen imponeret, ſed periculo primatum officii
ſub fide geſtorum ex eodem officio electi, & judici dati, ita ut
poſt completum ſui temporis actum, neque militiam deſere- *d.l.6.*
rent, ſed in vitę & officii eodem genere permanerent, unde de- *l.5.§.1. ff de app. temp.*
voti

voti Epistolares dicebantur, & provincialibus sui præsentiam exhiberent, quo accusandi, si qui vellent, eos esset facultas, *d.l.8.* quemadmodum Theod. & Hen. Imperatores rescripserunt.

18 Apagete autem cum veteribus istis cancellis, quibus profectò indigna nostri Cancellarii dignitas, indignum nomen & munus eo metu & necessitate, quæ libertati, testimonio Imperatorum Dioclet. & Maxim. incongrua. *l.1.c eod.* Sed & alterius notationis venit hoc loco mihi in mentem, quam memini aliquando

19 animi, & dicis, quod dicitur gratia, in arenam me projicere, cùm ex annosis membranis contenderem non Cancellarios, sed Concellarios esse legendos. Ita enim vetusti exemplaris cujusdam in vita Heliogabali character erat. Quæ verò ejus verbi ratio? *In v. Adr.* Docebam ex Lampridio, Adrianum Imper. centum

20 curias & dicasteria, quas cellas appellatas voluit, pro numero centum provinciarum, quibus Romanum Imperium id ætatis florebat, *Egu. in Not. ad d.loc.* in eo loco Italiæ, ubi centum cellæ (urbs Adriani) celebres existunt, constituisse, ibiq; nomen Concellariorum videri primum esse natum, cùm ii, qui judicibus centum cellarum, ut à secretis & officiis eorum essent, adjungebantur, Concellarii, hoc est, cōtubernales & domestici appellarentur, quod in iisdem cellis, ac, ut olim libertos apud patronum habitasse, scribit Ulpianus, sub una eademq; clave cum judicibus versarentur. *l. quid sit fug. 17. §. apud Caelium 15. ff. de adil. ed.*

Sed hæc ut me ipse indicavi, non tam ex animo, quàm animi & gratiæ causa, ut veteri literæ suffragerer. Per cancellos itaq; satis, ut existimo, veteres Cancellarii, de quibus Imperatores loquuntur, cuivis apparent, quos si quis per fenestram potius, quàm per transennam intueri expetat, propiùs per eam conspiciendos dabimus: non tamen, ut Nerva olim ob pensionem detentos servos monstrasse legitur, qui propterea derisus, perhibente Paulo, *l.9.ff in ea. pig.* sed ut definitione, tanquam rerum omnium

omnium luce adhibita, genus & formam universam ostendamus. At quæ illa? Cancellarii erant judicibus legitimè dati ad 22
scribendi, aliarumq; rerum judicio expediundo necessariarum operam adjutores & administri. Vides tanquam in meridie veteres Cancellarios, quibus notarios & scribas, qui in cancellis hodiernis Cancellario & consiliariis assessoribusq; à manu sunt, quodammodò assimulare possis, nisi quòd non eodem nexu & jure habeantur. Quorsum verò nostrum conferemus? Nihil ille ex antiquis cancellis, & muneribus, nihil ex dignita- 23
tibus priscis simile sibi reperiet? Atqui Ulpianū JCtum, quem *l. 2. § fin. ff. de*
modò nobilem, modò nobilissimum nominavit Modestinus, *exc. tut. l. 4. eod.*
Cancellarium vulgò prædicant Alexandri Sev. Imp. Prædicant 24
idem de Papiniano juris asylo, & doctrinæ legalis thesauro, *Chyt. in Chro-*
quem Cancellarium nominant Severi Imp. ejus, qui cum An- *nol. an. Ch. 225. Idem d. lib. sub*
tonino clavū tenuit. At eo nomine neq; hunc neq; illum meminisse *A. 197.*
mini me uspiam apud veteres auctores legere. Poterit tamen præceptoris mei & theologi & historici, si à Melanchthone discedas, longè doctissimi, D. Chytræi, quem nunquam non ho- 25
noris causa nominatum velim, sententia, qua vulgo hoc loco præit, si rationem veteris officii cum hodierno conferas, quàm optimè consistere. Quid ita verò? An non præfectus prætorio, Papinianus, teste Lampridio, & Paulo JCto, in famosissima l. *ff. l. 40.*
de reb. cred. quem ἐκ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν unum ex viris illustribus 26
appellat Xiphilinus. Quid verò Ulpianus? modò in Æmilii *In vit. Ant. ex*
auditorio Assessor, modò magister libellorum apud Alex. Se- *Dion.*
verum, imò idem imperante Heliogabalo præfectus. Quanta *Lamp. in vit. Ant.*
verò præfecti prætorio non modò dignitas, verùm etiam ma- 27
nus & potestas fuerit, etiam iis, qui à limine saltem antiquitatem veteris Imperii salutarunt, incognitum esse nequit. Multa quidem illius munere continebantur, quæ cum Cancellarii 28
nostri officio conveniunt. Quemadmodum enim noster in dicaste-

castério & curia sua, quam vulgò Cancellariã dicunt, ita ille in
29 auditorio suo olim princeps & caput: atque uti in hodiernis
cancellis litigantium causæ audiuntur, querelæ & postulata libellis offeruntur, factaq; cognitione petitiones litesq; senten-
d.l.40.ff.de reb. cred. Dd. ad l. un. de offic præf. tiis atq; decretis finiuntur: Ita & in illius quondam auditorio
eadem tractabantur, perspicuo modò nominati antecessoris
30 testimonio. Verùm longè alia illius potestas atque altitudo,
Steph. de tur. lib. 3. c. 10. n. 5. l. un. ff. de off. præf. præt. quàm ut in nostri Cancellarii munus nomenq; cadere possit.

Tanta siquidem præfecti prætorio potentia, ut Charisius
libellorum magister non potestatem, sed licentiam pleniorem
appellarit, quæ data erat cum Imperio summo, ad disciplinæ
31 publicæ emendationem, quod nullis aliis magistratibus competebat, quibus tantùm partes quædam Imperii permittebantur:
d.l.un. §. 1. accedebat insuper, quòd neq; ab ejus sententia provocationis via ulla pateseeret. Qua de re notissima Cassiodori sen-
6. Epist. tentia extat. *Potestati præfecti prætorio*, inquit, *nulla dignitas est æqualis: vice sacra judicat: nullus ei miles auctoritate præscribit, exce-*
32 *pto officiali magistri militum, curiales etiam verberat: in officio suo jus retinet singulare, & talibus tantisq; noscitur jubere, quos etiam provinciarum non auderent judices in qualibet parte contemnere: militia perfunctis tribunorum & notariorum honorem tribuit, & milites suos illis exæquat, gratanter implet Imperator, quæ illo constituit.* Hæc ille,
d.t. de off. præf. præt. C. de off. præf. præt. in l. omnes. ff. de just. & jur. quorum veritas etiam in legum vestigiis hinc inde expressa.
Istam autem potestatem verè regiam fuisse Bartolus, & ex eo
omnes juris interpretes cum Theodorico apud Cassiodorum
communi sententia statuunt, neq; quisquam refragatur, præ-
33 ter Pancirolam, qui lucem tantæ dignitatis, & amplitudinem
34 officii, ut de eo Arcadius loquitur, nycticoracis oculo, ut Phi-
d.l.un. Arist. & ex eo. Scal. exer. 1. losophorum magistri verbo utar, aspexisse videtur. Quid enim
præter fasciam, præter purpuram & trabeam huic Imperio de-
35 fuit, quò minùs, ut Eunapius disputat, instar Imperatoriæ dignita-

gnitatis habuerit. *Cuj. ad tit. C. de off. præf. præt. Bald. in Papin.* Qua *Franc. Iun. ad*
ratione commotus Bartolus, *præfecti prætorio*, exclamat, *regibus* *Sym. li. 1. Ep. 12.*
æquiparantur omnibus, qui sunt hodie per mundum. Quod certè ve- *in l. omnes pop.*
rissimè prædicari potuit de eo, quem Augustus primùm pala- *9. ff. de just. &*
tio & prætorio suo præfecit, dato eidem plenissimo Imperio *jur. n. 8.*
non modò in urbem ipsum matrem omnium urbium, sed et- 36
iam cunctas provincias, cujus potentiæ prætorianæ limites, et-
si Imperator Justinianus aliquo modo contraxerit, cùm ut ur-
bis auctoritatem nomenq; illustraret, gloriosius urbi præfe- 37
ctum altius extolleret, concessa eidem suprema jurisdictione *l. 3. C. de off. præfect. art. nov.*
urbis, & ab urbe finitimæ ad centesimum usq; lapidem regio- *62.*
nis: tamen & duobus illis, quorum priore præfecturæ ratione
mutata idem Imperator, alterum Orienti, alterum Illyriæ, & *l. 2. 3. C. de off.*
tandem etiam Africa à Vandalis recuperata, adjectum tertium *præf. Orient.*
Africano constituit prætorio præfectum, regia manus non *quas gratias. C.*
modò terra, sed etiam mari longissimis Imperii finibus conces- *de off. præf. præt.*
sa fuit. Eam itaq; veteris præfecti prætorio dignitatem & au- 38 *Afri.*
ctoritatẽ in hodierno rerum statu, quam proximè vulgò cen- *Henn. cons. 1.*
sent accedere ad principum Electorum fastigium, sed & iis- *Schard. in proœm.*
dem multò angustiora decora quædam esse contendit Hei- 39
gius, quàm vel præfecto prætorio, aut aliis veteris Reip. majo- *Wes. cons. 42. n. 2. War. de*
ribus magistratibus convenerint. *fœd. p. 1. n. 147.*

Nec minus Cardinales suos eodem sublimitatis evehit *Heig. p. 1. q. 4. n. 18.*
sanctimonia Pontificia, eosq; & veteris præfecti prætorio infu- 40
lis, ut à Justiniano appellantur, & eminentioribus regũ diade- *l. curialibus 66.*
matibus confert, imò præfert. Sed ô vos veteres duodecim *C. de decur.*
nunciorum panni! ô piscatorii centones! unde ille ostri Apo- *gl. in l. 1. ff. de*
stolici splendor? unde tantæ dignitatis supercilium? Quid ve- *off. præf. præt.*
rò ipse gloriæ omnis antistes & Dominus? *Reges dominantur*, in- *Ias. ibid. Alex.*
quit, *at vos non ita.* At nos ad prætorium, cui se ipse rex omnium 41 *in rub. eo. tit. Alc. de jur.*
regum mortalitatem indutus Deus spontè subjecit, oculos ite- *om jud. n. 117.*

 rum *Cur. Palat. de sac. cons. cons. p. 5. q. 1.*

rum convertimus, in quo plus dignitatis & potestatis, quàm ut
Cancellario nostro competat, pervidemus, nisi fortè magnum
42 aliquem Zamorscium, Polonorum regni Cancellarium obji-
Herdenst. de bell. Mosc. lib. 3. cias, qui nostra memoria Sarmaticum Imperium prætoriano
nutu, manuq; verè regia administrasse prædicatur. At ille non
Chyt. Sax. lib. 27. modò in togato munere Cancellarius, verùm etiam supremus
exercituum regni dux & capitaneus, præterea præfectus to-
Crom. Polon. lib. 2. tius minoris Poloniæ, quæ cum officio veteris prætorii com-
parari potest, maximam à Rege potestatem habuit. Quid verò
de Gerhardo Germaniæ nostræ Archicancellario, Pontifice
43 Moguntino quadragesimo dicemus? qui sese Reges & Impe-
Brus. de monast. ratores in pera sua gestare, vel, ut alii referunt, in cornu venato-
Ioh. Wolf in cent. mem. rio abditos habere, quos si velit, uno flatu excitare posset, jacta-
re insolentissimè solebat? De Archicancellarii dignitate & po-
tentia agemus infrà pluribus: vocem verò inanis superbiæ
44 non attendimus. Nec ille de cera & sigillo suo, sed de Septem-
virali suffragio, vanum tamen, ista gloriatus esse facilè intelligi-
tur. Quapropter Prætorium ejusq; præfectum in superiore
culmine, cui conferre cancellos nostros non possimus, relin-
quemus, & si quid fortè in aliis honoribus ac muneribus sit,
videbimus. Nam & libellos egisse Æmylium prodidit Try-
l. rescriptum est 12. ff. de dist. pig. phoninus JCtus. Quid verò illud? Magister libellorum appel-
labatur, qui scrinio eorum præerat, quo officio Papinianus, an-
45 tequam ad præfecturam prætorii eveheretur, perfunctus; cùm
libellos & desideria principi oblata exciperet, & cognitione fa-
cta postulata cujusq; expediret. Ita enim moribus & consue-
tudine receptum erat, ut de privatorum caussis atque litibus li-
46 bellus principi exhiberetur, hoc fine, ut desiderium, quod eo
continebatur, cognosceretur, quo juris experiundi causa libel-
Nov. 119. li exhibitor, adversarium in jus vocabat, ex qua etiam διαλεκτι-
κὸν nominatum. Atq; hic libellus principi oblatus litis conte-
statæ

statæ vim obtinebat, si ad eum princeps rescripserat, cogeba- 47
turq; adversarius, contra quem libellus porrectus erat, respon- *l. 1. & 2. C. quand. lib.*
dere. Idem verò libellos annotabat, hoc est, subscribebat. Idem *l. ult. C. de divers. res.*
causarum quandam cognitionem habebat. Facta enim ad
principem ab ejus delegato appellatione, non quidem judex
erat causæ per appellationem deductæ, sed cognitionem ea-
rum tractabat, actis per libellenses exceptis & descriptis, præ-
fectus autem prætorio, & Quæstor de ea cognoscebant. Ipse 48
verò quæcunq; ad muniendam appellationis viam causęq; in- *l. ult. C. de prox. sac. scrin.*
troductionem pertinebant, expedita solus faciebat. Idem præ-
terea divininas, ut appellantur, probatorias curabat, de quibus 40
Leo & Zeno Imp. ad Hilarium Mag. offic. & Erithrium præf. *l. u. t C. de div. ff.*
præt. rescripserunt: Eratq; in illis aurea officii messis sita. Quid
verò illæ? Audisti suprà, neminem, nisi sub fide gestorum per- *l. 8 C de ass.*
venire ad provincialem functionem potuisse; illud quid sit hoc 50
loco cognosces clariùs, nullam videlicet promotionem fieri si-
ne sacris probatoriis fas fuisse. Probatoriæ autem erant, literæ,
quas vulgò dicimus testimoniales, quibus eorum, qui ad offi- 51
cia provincialia mittebantur, industria & fides probabatur,
quòd digni essent, qui officiis præficerentur. Quorum exem-
plo itidem in Canonico jure à Conciliis constitutam legimus, 52
ne sine dimissoriis & commendatitiis literis, quas Græci εἰρηνικὰς
dixêre (formatas à certa forma appellarunt) clericorum quis- *dist. 71. c. 6. 7.*
piam ab Episcopo susciperetur. Probatoriæ autem & à princi- *dist. 72. & 73.*
pe, ut plurimùm verò à Magistro libellorum subscribebantur, 53
ad quem ingens ex eo sportularum compendium redundabat.
Nam si Procopio credis, centum amplius centena quotannis
inde proveniebant, quorum summa, secundum calculum Jo- 54
ach. Steph. decem millia coronatorum adæquabat. Etsi autem *de jur. lib. 3. c. 11. n. 25.*
præterea alia scrinia essent, quibus itidem sui Magistri præfe-
cti, quos inter Magister memoriæ & Epistolarum præcipui: hi 55

tamen qui libellos agebant, à præfecto prætorii primi erant, &
ad ejus apicem atq; dignitatem proximum gradum aditumq;
habebant, erantq; ex JCtorum flore lectissimi viri, qui huic of-
ficio administrando adhibebantur. Ita verò noster Æmylius,
56 Jurisconsultorum omnium lumen & vertex, à libellorum scri-
nio ad summum præfecturæ fastigium altioribus divini inge-
nii, & civilis doctrinæ alis felicissimè evolavit. Habuit præter-
57 ea idem scrinium Ulpianum, habuit Paulum legum, uti à Mo-
destino appellantur uterque, Coryphæos, habuit Arcadium
Charisium JCtum eximium, habuit Constantinũ virum illu-
strem, quem ipse Imper. Justinianus & comitem sacrarum
largitionum, & Magistrum libellorum, sacrarumq; cognitio-
num honorificè nominavit, *l. 2. de vet. jur. en. §. quæ omnia.*

l. scire oportet. 13. §. 2. ff. de ex tit.
l. un. ff. de off. præfect. præt.
Spart. in Pesc.
C. de no. C. fac. §. 1.

Ad hanc igitur dignitatem & officium respexisse viden-
tur, qui tum Papinianum, tum Ulpianum Cancellarios Impe-
58 riales fuisse prædicarunt. Ad ejus enim honoris & muneris
formam, dignitas & officium nostri Cancellarii videtur acce-
dere propiùs. Alii verò cum veteris Quæstoris officio hodier-
59 num Cancellarium conferre malunt, de quo extat titulus C.
lib. 1. 30. Quemadmodum enim ille & principis Concilio ad-
movebatur, unde Candidatus Principis nominatus, & ad pre-
ces respondebat, leges dictabat, edicta, Epistolas atque libellos
& orationes Imperatorum in Senatu recitabat: unde princi-
pis imago, vox & custos legum, thesaurus publicæ famæ, arma-
rium juris appellatus: Ita & noster verba principis nomine in
curia, in conventu quolibet publico facit, causis non modò de-
60 liberandis in consilio principis interest, sed etiam præest, easq;
ad deliberandum proponit, & mens & os principis habetur,
vox idem juris & legum in dicasterio, & re vera μέγας λογοθέτης exi-
stit, quo nomine Græci Quæstorem illum rectiùs appellarunt,
61 cujus dignitas à Cassiodoro literaria vocata, quòd literati ho-
mines

l. un. de offic. Quæst.
Cassio. 12. Nov. val. de hom. cas.
Laut. in prin. Ch.
Cuj. ad d. tit. & ibi in not. God.

mines duntaxat etiam ex plebe, si aliorum penuria esset, huic
muneri adhiberentur. Atq; hunc Quæstorem & Logothetam
novissimè Cancellarium eo officio & honore, quo nunc noster 62
est, ceptum appellari, testatur Nicetas lib. 7. Ann. Legitur au- *Nic. lib. 7. An.*
tem eodem Quæstoris titulo & literata dignitate in aula Im- *Laut. de tit. & ai.*
peratoris Ottonis secundi, eximius id ætatis Doctor Burchar-
dus de Mangenfeld, Germanus Saxo, juris Magdeburgici com- 63
pilator, qui Saxonica jura primus cum legibus Cæsareis con- *Sparg. li. 11. p. 1.*
ferre, atq; notis & declarationibus eadem illustrare ingressus *c. 6. de spec. no.*
est, quem & Consiliarii & Cancellarii munere perfunctum
vulgò scribunt. Alii cum Bodino Primicerium è præclara & *l. 2. C. de primit.*
nobili spectabilium notariorum militia, ut de ea Zeno Impe- *Bod. de Rep. 3. c. 5 n 33.*
rator prædicat, huc adducunt, eiq; æquiparandum volunt ho- 64
diernum Cancellarium. Quis autem ille? Princeps & caput
notariorum, qui à secretis Imperatoris in Palatio erant, & lite- 65
ras notis à characteribus demandabant, quorũ officium, mo-
dò nominatus Imperator Zeno, gloriosis obsequiis prædicat *d. l. 2.*
Reip. commoditatis & decoris non parum afferre. Huc verò
Græci scriptores videntur sententiam suam contulisse, qui Ar- 66
chigrammateum dixère, quem nos Cancellarium hodiè voca- *Georg. Siml. in*
mus, eamq; vocem in eo significatu in civitatem Latinam Flav. *Not. ad Serg. Renciel.*
Vopiscus introduxit. Sed & Cancellarium vertit Lutherus 67
eum, qui Græcis γραμματεὺς dictus, Act. 19. quem Erasmus scri-
bam pronunciavit. Eadem dignitate & nomine insignivit Pa-
truum Davidis, Jonathan, *1. Chron. c. 28.* quem Cancellarium 68
fuisse in vernacula versione legimus, qui Hebræis *Sopher*, hoc
est, doctus & eruditus, unde Græcorum σοφὸς, sapiens Scriba
appellatus. Quo tamen nomine etiam Bennaja apud eundem *Sam. 2. c. 8.*
regem, inter proceres aulicos fuisse celebratur, Sopherq; dici-
tur, quem Scribam expressit vernaculus textus, cùm ibidem 69
paulò antè Josopha prædicatus fuerit Cancellarius, qui He-
braicè

braicè *Mascir* nominatus, quod est, faciens reminisci: atq; ille,
quantum verba referunt, cum Magistro memoriæ, quem vete-
res scrinio memoriæ præpositum habebant, comparari pote-
d.c.18. Ch.1. rat, quemadmodum & ille, qui in eadem aula *Isch nephim*, hoc
est, vir faciens intelligere, quem Lutherus explicavit Magistrū
70 aulæ, cum veteri Magistro Epistolarū vel Referendario, quem
comitem etiam dispositionū nominabant, optimè conferen-
dus. Quæ cùm diligentiùs ex Hebræorum literis perpende-
71 rem, animadverti eadem illa tria munera, quæ tribus scriniis
Alexander Severus Imp. distinxerat, tresq; Magistros tanquam
Principes & capita singulorum instituerat, prudentissimum
administrationis regiæ Davidem, in imperio suo longissimè
antè eodem modo ordinasse.

Qui enim in Romano scrinio libellorum Magister, ille
Sopher in Davidis dicasterio: qui illic Magister memoriæ, hic
Mascir: qui illic Epistolarum Magister & Referendarius, hic
72 Isch Nephim fuit appellatus. Quorum quidem omnium &
singulorum officia, eorumq; partes in unum hodierni Cancel-
larii nomen & dignitatem atq; munus confluxisse videntur.

73 Nec enim alius generis fuerunt antiqua illa scrinia, quàm
distinctæ pro rerum & negotiorum multitudine curiæ & Can-
cellariæ, quas hodie vocamus, quorum Magistri & Præfecti
cum Cancellario nostro ob eam causam rectissimè comparari
74 possunt. Scrinia autem dicebantur, à capsulis & arcis, quibus
antiquis Imperatorum temporibus, qui plus ætatis sub pelli-
Plut. in Alex. bus & tabernaculis, quàm sub tectis conficiebant, quibusq; re-
75 gia & Roma sua, ut Alexandro Magno, orbis totus erat, acta &
jura Imperii asservabantur, quorum compages, quod plerun-
que ad firmitudinem & contra injuriam ævi è robore esset, δρυ-
φακλινὴ λάρναξ à Græculo descriptum scrinium legitur, etsi postea
armis & expeditionibus cum otio & pace mutatis, non in
quercu

quercu & ilice, sed in marmoreis delubris ac splēdidissimis cu- 76
riis scrinia, hoc est, curiæ & dicasteria haberentur. Eadem verò
origo fisci, cùm fiscellis contextis & corbibus æraria vetera in
bello circumducerentur, quod quidem nomen rei hæsit, etsi
postea laqueatis & aheneis Cameris publicus Reip. lien esset
illatus. Sive itaq; cum veteri vel libellorū, vel Epistolarum, vel
memoriæ Magistro, vel cum Quæstore & Logotheta, sive cum
primicerio notariorum Cancellarium hodiernum componas, 77
undiquaq; similitudinem, quæ illi conveniat, officiorum ani-
madvertes. Quin & Notarii nomen à veteri notariorum pri-
micerio in dignitate Cancellarii diu remansit. Illo siquidem ti-
tulo in literis Caroli Magni, ejusq; successoris filii Ludovici di-
plomate, Eginardus, qui vitam soceri sui Imperatoris descri- 78
ptam reliquit, insignitur, & Notarius Imperii appellatur, quem
vulgò Cancellarium prædicant: Alibi etiam Protonotarius
eundem denotat. Quo nomine Henricus, Episcopus Vangio- 79
num, qui ab Henrico VI. Ecclesiæ perquàm insignia privilegia
memoratur impetrasse, à Godefrido Monacho celebratur, 80
quem constat Cancellarii munus apud Imperatorem admini-
strasse. Sed & domesticum succurrit exemplum, quod ex Aca-
demiæ nostræ Marpurgensis tabulario (vulgò Archivum vo-
cant) me annotare memini. Extant ibidem antiquæ literæ
Henrici Abbatis Hersfeldensis, datæ Anno 1272. quarum clau- 81
sula his verbis finitur: *Hujus autem collationis & donationis testes
sunt Cunradus S. Iohannis Præpositus, Wernher montis S. Petri Præ-
positus, Hermannus in Blanckenheim Præpositus, Magister Onagrius
Notarius noster, Henricus Dapifer noster, Gerlacus de Vfhusen miles,
& alii, &c.* Ubi per Notarium eundem, quem nunc Cancella-
rium dicunt, intelligis, non obscuro argumento, quòd tan-
quam honorificentioris officii & dignitatis Notarius præscri-
ptus sit, & antepositus Dapifero & militibus, quorum nomine

 equi-

82 equites, quos nunc nobiles appellamus, ut passim in consuetudinum Feudalium libris accipiuntur. Præterea verò Crantius in Metropoli, antiquitatis Germanicæ peritissimus, primum & intimum Secretarium testatur, Saxonum Imperato-
83 rum ævo fuisse eum appellatum, quem ætas nostra vocet Cancellarium, adjecta verbi hujus ratione, quòd per cancellos præ multitudine negociorum & interpellantium consueve-
84 rit appellari. Nominat ibidem ille Adaldagum, virum nobilem & industrium, qui primus & intimus Secretarius trium Ottonum extiterit. Quo quidem Secretarii nomine video etiam in Henrici Aucupis Imperatoris curia, virum longè pru-
85 dentissimum Magistrum Philippum, qui princeps & auctor veteris ludi equestris (Torneamenta vocarunt) fuisse legitur, imò anima & os, atq; adeò oraculum regis. Et posteriore tempore Felix Faber in Suevicis Histor. Æneam Sylvium Cancel-
86 larium Friderici tertii Imp. nominavit, qui seipse passim in Epistolis suis Secretarium inscripsit. Atq; eo sensu intelligendus Magister secretioris scrinii, apud Siciliæ reges, cujus mentio-
87 nem fecit Jovius, quando Antonium Panormitanum, equestri familia natum, hoc nomine apud Alphonsum regem in summo precio habitum fuisse scripsit, eiq; postea successisse Jovianum Pontanum in eodem officio, cui sigilli regii custodia ejusque usus commissus, ex quo Cancellarius utrumq; fuisse liqui-
88 dò constat. Illud enim etiam apud Barbaros huic muneri assi-
89 gnatum esse solet, unde, qui apud Turcas Nassangabassi barbara voce appellatur, quòd literas signet, & sigillum Principis gestet, idem esse scribitur, qui in Occidentis Imperiis Cancellarius. Ut enim in navigio totius navis cura Magistro: ita totius curiæ, quam Cancellariam vocant, huic mandata est, ex quo re-
90 ctè Cancellarius sive Princeps & moderator rerum earum, quæ ad Cancellariam pertinent, definiri Magister Cancellariæ pote-

Crant. Metr. lib. 3. c. 16.

lib. Torn. in pr.

Jov. in Elog. doct. vir.

l. 1. §. 1. magister ff. de exerci

poterit. Est autem Magistri nomen hoc loco civile, complecti- 91
turq; genus omnium, quibus præcipua rerum commissarum cura incumbit. *Qui enim*, uti Paulus illud luculenter vi nominis expressit, *magis quàm cæteri diligentiam ac solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, hi Magistri appellantur*, quòd, ut antiquum verbum apud Festum legitur, magistrent, hoc est, quemadmodum idem, explicat, gubernent, regant & moderentur, jussu & 92
Imperio mandatæ rei negotium. Quò etiam veteres istæ, quas suprà adduximus, appellationes, quibus scriniorum priscorum Magistri insigniebantur, respexerunt.

l. cui præcipui 57 ff. de V.S.
Fest. in verb. magist.

Magisterium enim illud nihil aliud, quàm honor & admi- 93
nistratio commissi in Republ. officii, cum gradu, ut de eo Callistratus loquitur, dignitatis.

l. honor 14 ff. de mun.

Genus itaque genuinum in Magistri appellatione habes: formam verò & differentiam in curia, quam Cancellariam hodie vocamus. Quod enim olim Imperatorium scrinium, illud 94
priori Romuli ætate apud Latinos, & posteriore seculo, Curia, quæ non uti ineptè judicavit Nicena Synodus, *in qua*, quod Carolus noster Magnus scripsit, *multi hebetudinis discursus continentur*, à cruore, sed à cura, quæ ibidē publicis de rebus suscipitur 95
& agitatur, nominatur. Eadē Græcis βουλή, qua voce Atticā cu- 96
riā Solon princeps instituit, quod cōsilii habendi locū βουλευτήριον (Concilium vocant) propriè sonat; & φρατρία, hoc est, fraternitas, & collegium atq; sodalitium nominatur. A Græco enim φράτωρ, frater Latinis est, ἀπὸ τοῦ φρέατος, à puteo & fonte, quòd ejusdem originis & sanguinis tanquam ex uno eodemque pu- 97
teo & scaturigine educti fratres essent. Qua fraterna animorum conjunctione cùm veteres curiarum collegas esse vellent, unaq; tanquam fratres quàmplurimum cohabitare, ut ex So- 98
lonis lege Cajus scripsit, φρατρείας, curias appellarunt, ratione rei multò accommodatiore, quàm qua Bodinus existimat, dictas

Plut. in Rom. v. in præf. cont. syn. de ad imag.
Plut. in Solon.
idem in d. v. Rom.
l. sodales, 4. ff. de orig. jur.
d. l. 4.
de Rep. lib. 3. c. 2. n. 329.

 esse,

99 esse, quòd eodem puteo & aqua uterentur. Nec verò aliter curiæ verbum etiam in Longobardorum jure, quàm pro Collegio & Senatu accipitur, in quo pares tanquam in eadem βουλῇ & γερουσίᾳ versentur; unde mores & judicia curiarum, &c. passim leguntur, quod postea Latini sermonis rudior ætas non modò pro solenni Principum conventu & congregationibus, quo
100 sensu passim in Bulla Aurea, quæ rectiùs Comitia appellantur, verùm etiam pro aula, quam curtem Longobardi dixêre, usurpavit, & curiales ineptè dixêre, quos Aulicos Latini. Nam qui
101 in jure civili curiales nominantur, longè alia conditione erant, ex decurionibus seu principalibus civitatũ, qui munera omnia sustinere cogebantur, & ab aliis exigere, ex quo illorum conditio cœpit pessima existimari, cùm à præsidibus tributorumq; exactoribus plurimùm vexarētur, & de suis facultatibus cogerentur tenuiorum onera subire. Qua de causa interdictum eis
102 erat omni prædiorum alienatione, ne fortè solum verterent, quo muneris & oneris molestias evitarent. Curiales autem iidem à curia, hoc est, à collegio & cœtu suo dicebantur, & quasi
103 Senatores, cùm jus curiæ Romanæ non haberent, licet patres civitatum nominarentur, quòd in eorum curia minor Senatus versaretur. Cùm itaq; plura curiarum genera fuerint, hanc de qua agimus, Cancellariam cum recentioribus vocamus, vocabulo tam in vulgus noto, ut Cancellariæ regulis, ejusque stylo nihil tritius in foro habeatur, quam & Grammatophylacen, à custodia literarum, quæ in ejus scriniis & capsulis asservantur,
104 Dicasterion autem à judiciis & sententiis, quæ ibidem expediuntur, Græco ore pronunciant. Sed nos & nomine Cancellarii ejusq; definitione satis perspicuè cognita, quotuplici genere idem sit, perpendemus.

C. de mil. vas. C. in quib. cau. feud. am. C. qua fu. cau.

Alc. lib. 2. p. 3. c. 26.

Aneh. cons. 287 Alc. in l. bene est ff. si cert. pet. nu. 12. Geil. de pig. c. 7. n. 13.

CAP. III.

Quot genera Cancellariorum.

QUemadmodum autẽ Justinianus in duo genera militum legitur universum militiæ corpus distribuisse, cùm alios 1 *l.licet u't. C. de loc.*
majores, alios minores dixerit, his verbis: *Iubemus itaq; omnes omnino, qui sub armis militant, sive majores, sive minores sint, &c.* Ita nos iisdem duabus classibus Cancellarios distinguemus, & alios majores, alios minores pronunciabimus: Majores verò eos, qui in regnis & Imperiis ac Principatibus in eo officii 2
& dignitatis genere sese superiorem non habent, quales sunt in nostro Imperio, qui hodie Archi-cancellarii indigetantur, & in Hispania, qui maximus, in regis verò aliis, qui Cancellarius magnus nominatur. Minores, qui superiorem in eodem mu- 3
nere agnoscunt, & vice Cancellarii, sive Procancellarii appellantur, quòd & majorum vices gerant, & proximi ab eodem in Collegio Cancellariæ numerentur. Qua ratione etiam olim 4
in scriniis tribus suprà explicatis, Magistro adjunctus erat Vicarius, qui proximus dicebatur, & Mello-proximus, quòd Magistro dignitate proximi haberentur. Quod autem ad Archicancellarii nomen attinet, vocem agnoscis hybrida esse ex Græco 5 *l prox.C.de prox.sat.scrin.*
atque Latino sermone composita, exemplo Melloproximi, quam prisca Latinitatis puritas, teste Scaligero, non admisisset. Significatur autem illâ primatus in Cancellarii officio & dignitate. Quo quidem nomine & jure in Imperio Romano tres illi 6
ad Rhenum Pontifices, quos Archiepiscopos appellamus, pro tribus Imperii Germano-Romani regnis, quæ corpori Occidentalis Imperii, ordinatione Caroli Magni, olim inserta, etiamnum gloriosissimè insigniuntur. Nam per Germaniam, 7 *Cusp. in v. Car. M.Mut. in ead.*
quæ Imperii sedes & Occidentis Roma est, Archicancellarii ti-

An. Bull. 4. tulo & jure atque dignitate utitur Antistes Mognatinus. Per Galliam verò idem nomen usurpat Trevirensis Præsul: Per Ita-
8 liam Archicancellarius audit Pontifex Vbiorum. Nec minus eodem honore & appellatione effert sese inter Germaniæ & Galliæ Abbates primas, Fuldensis, qui se Augustæ Archicancellarium prædicat. Quando autem dignitas nomenq; Archicancellarii natū sit, quando itidem & in tribus, quos nominavimus, Archiepiscopis & Abbate hereditaria esse cœperit, ut
9 cum infulis per suffragia acceptis, possideretur, atque perpetuùm apud successores permaneret, inter antiquitatis Germanicæ nubes videtur esse aliquo modo obscuriùs. Alii siquidem & originem & institutionē istam ad fundatorem occidui Im-
10 perii Carolum derivant: alii ad tempora Ottonum devolvunt: alii Friderico primo, alii secundo tribuunt. Bullæ deniq; aureæ sunt, qui initium & nominis & præeminentiæ assignent, & Ca-
11 rolo quarto acceptum referant. Sed postremam opinionē tum ipsius Caroli literæ ante Bullam scriptæ, tum ultima, quæ in civilis juris corpore habetur, pagina validissimè refutat. Extant
12 enim de jure Electoratus in Rom. Imperio Regibus Bohemiæ
Ber Boh ant. script. Fich. competente, Rudolphi I. & Caroli IV. Rom. regum, & Ruperti Palat. senioris attestationes, quarum media, quæ Quarti est, Aureæ Bullæ promulgationem octennio antecessit. Eam verò
13 sua manu confirmavit Gerlacus, qui è familia illustri Nassovica fuit, Archiepiscopus Moguntinus, & S. Imperii Archicancellarius per Germaniam: Hoc enim titulo ibidem insignitur. Longè verò antiquior pagina illa ultima est, quæ Constantiensis pacis formulam inter Fridericum Barbarossam, ejusque filium Henricum, atque inter civitates Longobardicas constitu-
14 tam continet. Est enim pax illa inita anno 1183. Illam verò se re-
C. de pat. Const. § signum. cognovisse, vice Christiani Moguntinæ sedis Archiepiscopi, & Germaniæ Archicancellarii, testatur ibidem Godefridus, Imperia-

perialis aulæ Cancellarius, qui paulò antè in eadem Constit.
Abbas, ejusq; frater Ludovicus Comes de Olfestre nomina- *§ hi at. & Const.*
tur. Ex quo quidem perspicuum est, majoris & minoris Can- 15
cellarii differentiam etiã Friderici primi tempestate frequen-
tatam fuisse, & alterum Archicancellarium, alterum Imperia- 16
lis aulæ Cancellarium nominatum fuisse, eadem planè ratione
modoq;, quo Caroli quarti Bulla de utroq; loquitur. Nam &
illa majorem, κατ' ἐξοχὴν Archicancellarium: alterum verò Im- 17
perialis curiæ, & absolutè Curiæ, Cancellariũ appellat. Quam
differentiam cùm historici Annales non observaverint, pluri-
mum confusionis huic rei intulerunt. Eundem enim Christia- 18
num, qui in Catalogo Antistitum Moguntinorum numeratur
trigesimus quartus, in Chronico Alberti Abb. Stad. legere est, *Alb. Abb. St. sub an. 1172.*
non quidem Archicancellarium, sed tanquam Vicecancella-
rius fuisset, Imperialis aulæ Cancellarium, & sedis Apostolicæ
legatum. Quod ne fortè monachi Franciscani errori, qui Rei-
publ. lucem ejusq; dignitates non admodum perspexerit, con-
cedendum esse arbitreris, eadem ferè ex Crantio, qui etsi Ca- 19
nonicus, tamen & antiquitatis & Imperii rerum peritissimus
fuisse animadvertitur, cognoscuntur, cujus hæc verba: *Cùm*
Christianus Moguntinus electus, bella pro Imperio in Italia gerebat sa- *Crant. lib. 6. Metrop. c. 46.*
tis feliciter, legatum se ferebat summi Pontificis Paschalis, Imperialis
aulæ Cancellarium, & sedis Apostolicæ Vicecancellarium. Utrunque
quidem hîc audis tibi nominari, & Cancellarium, & Vicecan-
cellarium, diversarum tamen curiarum: de Archicancellario
verò nihil verbi. Nec ferè aliter in titulo isto, quem alioqui ad-
modum magnificum ipse Pontifex Romanus, qui circumspe-
ctus in ea re quàm maximè esse solet, huic Christiano bellatori
clerico assignavit. Ita enim ille in literis, quas ad Magontinum *Abbas d. l. & Crant. eod.*
hunc dabat: *Paschalis servus servorum Dei, Christianissimo legato*
Imperialis aulæ Cancellario, & Romanæ Ecclesiæ filio fidelissimo salu- 20
tem.

tem. Omittit ille quidem suæ sedis Viceċancellarium, cùm fortè id temporis nondum lectus fuerit, Imperialis autem aulæ Cancellarium, non Archicancellarium scribit. Dixeris fortè illud vel ex ἀντιχρονισμῷ fieri, cùm antequam ad Archiepiscopalem Infulam electus & evectus fuerit, aulæ Imperialis Cancel-
21 larius fuerit, & vices Superioris administrarit Archicancellarii. (Ita enim plures ab ejus officii vice ad dignitatem summam conscendebant) vel non adeò accuratè differentiam verborum attentam fuisse. Sed videtur Crantius aliud verbis suis innuere, cùm scribat hoc modo: *Ferebat se*, inquit, *legatum, & Im-*
22 *perialis aulæ Cancellarium Moguntinus electus*, ac si illud novum & insolens fuisset, quòd se, cùm electus esset administrando Archiepiscopatui, simul Imperialis aulæ Cancellarium, & sedis Apostolicæ Vicecancellarium ambitiosè venditarit, tum
Stad. d.l. potente manu, cui nihil neq; domi, neq; foris (bellator fortissimus erat) resistere audebat: tum ingenii admiratione nixus,
23 cùm octo linguas (miraculum id ætatis, præsertim in homine illustris familiæ) expeditissimè calleret. Videtur verò hanc sententiã plurimũm illud cõfirmare, quòd, cùm plures ante ipsum & ad Archiepiscopales, & Episcopales infulas, tanquam ad me-
24 ritissima priorum laborum præmia, ut infrà pluribus ostendetur, à Cancellarii gradu pervenisse legantur, tiara tamen assumpta sigillo renunciarint, Cancellariiq; munus successori novo tradiderint. Quod inter alios perquàm perspicuè docet Lam-
Lamb. Schaff. in hist. Germ. bertus noster, sub anno 1068. imperante Henrico quinto: *Ravenger Patriarcha*, inquit, *Aquileiensis obiit, cui Sigehartus Cancellarius successit, pro quo Bibo Cancellarius est substitutus* Idem ex Ca-
25 talogis Episcoporum passim constat, ita usu & moribus fuisse receptum, quòd existimatum sit, gravissimis illis duobus mu-
26 neribus, quæ totius hominis vitam requirerent, unum virum
L. nemo 24. §. 1. C. de assess. non sufficere, secundum illud, quod Justinianus scripsisse Demosthe-

mosthem P. P. legitur. Verùm accedit & illud, quod videtur non levi argumento esse, ante Fridericum Archicancellarii nomen & dignitatem nondum Ecclesiasticis illis tribus antistitibus hereditariam fuisse, quòd eadem tempestate nomina- 27
tum Archicancellariũ S. Imperii floruisse per Italiam Philippũ de Heinsberg, Ecclesiæ majoris Agrippina in urbe Decanum asserat Godefridus Monachus, & quidem id dignitatis obti- 28
nuisse, antequam Archiepiscopus esset electus. Atq; idipsum ibidem legitur de Johanne Archiepiscopo Trevirensi, qui antequam ad gubernationem Ecclesiæ eveheretur, Imperialis aulæ 29
Cancellarius fuisse prædicatur. Quod quidem, si, ut hodie ratio ejus dignitatis, fuisset, fieri non potuisset, ut ab Archiepiscopi dignitate dignitas Archicancellarii separatim haberetur. At paulò pòst cùm Christianus Moguntinus in Italicis bellis exspirasset, atq; Cunradus demortuo, cui cedere jam antea coactus fuerat, successisset, legitur, idem Archiepiscopus cum 30
Dietherico Cancellario in Apuliam à rege præmissus, ubi videtur eadem utriusq; dignitatis separatio in Moguntina Ecclesia ab obitu superioris & Archiepiscopi & Archicancellarii ad priorem locum rediisse. Sed & Philippi Coloniensis antecessor Reinholdus, Comes de Dache, Cancellarii munus & dignitatem magna facundia & humanitate jamdiu administratam, 31
ad Agrippinensem Archiepiscopatum attulerat. Commendaverat eadem administratio Arnoldum Secundum, qui Cancellariatu apud Conradum tertium perfunctus, ab eo etiam invitissimo animo ad Ecclesiæ clavum esse abductus legitur. *Brusch. in monast. Catal. Episc. Colon.* 32
Plurimum verò huic opinioni accessionis ex eo fit, quòd à veteribus historicis ultra Friderici I. ætatem, illorum trium Ar- 33.
chiepiscoporum nemo Archicancellarii titulo celebretur, ne quidem Anno ille Coloniensiũ Pontifex, quem inter Ecclesię regniq; Principes incomparabilis & nominis & meriti prædicant, *Chr. Laurish. temp. Henr. Imp. V.*

Schaff. in hist. sub an. 107. dicant, cui rerum quoque omnium administrationem legitur commendasse Henricus Imp. V. tanquam patri & salutis publicæ tutori. Verùm huic disputationi refragari vicissim videtur
34 literarum vetustiorũ auctoritas, quæ ad Ottonis I. Imperium originẽ hujus rei extendit. Nam ex monasteriis proferuntur donationes & privilegia, quæ ab isto Cęsare concessa, & nomine ac vice non quidem Archicancellariorum, sed Archicapellanorum recognita. *Chron. Laur. sub an. 963.* Ita enim Chronicon Laurishamense, quod superioribus annis ex bibliotheca Marci Freheri exiit, ostentat, anno 963. datas literas, quas Ludolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani se recognovisse testatur. At
35 quis ille Bruno? Ottonis Imperatoris germanus, quem pri- *Cat. Episc. Col.* mum scribunt cum sacerdotio Ecclesiæ Coloniensis politicam
36 gubernationem conjunxisse, eumq; Samueli in eo conferunt. Verùm ille non Archicancellarius, sed Archicapellanus prædicatur. Quo nomine etiam insignitus Eginhardus legitur Notarius, quem Cancellarium Caroli Magni ejusq; generum fuisse, suprà ostendimus. Et in literis Henrici Claudi Cæsaris, quæ
37 anno 1023. in Triburia villa regia, Laurishamensi monasterio datæ sunt, legitur, Aribo Archicapellanus, qui Comes Palatinus genere fuit, & à Bonifacio Archiepiscopus Moguntinus vigesimus primus, insignis id ætatis Theologus, cujus Commentarii in Psalmos, quos nuncuparunt Graduum, celebrantur. Ejus in recognoscendis literis Imperatoriis vicem se sustinuisse testatur ibidem Guntherius Cancellarius. Et eodem of-
38 ficii dignitatisq; nomine inclaruit id ætatis Adeldagus, qui è cancellis ejusdem Imperatoris Ottonis Primi, ad Episcopatum Hamburgensem progressus, Danos & Vandalos fidei Christianę principiis imbuit, quorũ idcirco Apostolus nuncupatus. Atqui ex his, & id genus aliis antiquis monumentis, vetustas utriusq; & minoris, qui vicariam recognitionem præstitit, & superioris

C1. rioris

rioris Cancellarii Archiepiscopi jus, cujus vice recognitio facta est, perspicuè cognoscitur ad Ottonis usque imperium pervenisse, etsi Cancellarii nomen non semper sit expressum. Nam vel illud Archiepiscopi, vel Archicapellani sacerdotali nomine (quod etiam hodie humilimæ observantiæ & subjectionis ergò ad Imperatorem Archiepiscopi usurpant) tanquam majore lumine fuit obscuratū, & ideò nonnunquā prætermissum; Invenitur tamen illud in Magdeburgensibus literis, quæ ab Ottone Secundo, Ecclesiæ ejus loci Mauritianæ, de donatione agrorum & prædiorū complurium in Northuringio datæ sunt, anno 973. Eas enim legitur Willigisus Cancellarius, qui postea rotarum insignia Moguntinæ sedi intulit, & primus Electorali dignitate inter Archiepiscopos Mœni exornatus fuit, vice Roberti Archicancellarii subscripsisse, qui hunc plaustrario natum in Ecclesiæ gubernatione antecessit. Similiter diplomati Henrici IV. an. 1071. subscriptus est Sigefridus, cujus vice functum se ibidem confirmat Sigehardus Cancellarius. Fuit autem ille Sigefridus vigesimus quartus à Bonifacio, Pontifex Moguntiæ, genere Baro de Epstein, quem paulò pòst, quod Rudolfum Suevum Anticæsarem creasset, Henricus solio dejecit. Et hæc quidem ad ætatem Ottonis primi: quid verò ulterius? Vices etiam in Magni Caroli literis recognitis cognoscuntur. Legitur Rado, qui se vicem in eo munere supplesse Rudberti profitetur. At quis ille? Genere & familia Comes, & quasi Achates Imperatoris, qui fortiter contra Nortmannos dimicans apud Ligerim fluvium occubuit. Rudberto deinde è rebus sublato, Radonis vice functus legitur Gilbertus, quos, ut Eginhardum, domesticos Imperatoris fuisse, & munere Cancellariorum perfunctos esse, non hereditariò, sed precariò verisimile est. Nondum enim erant Episcopi Germaniæ, tum temporis Principum dignitate prædite, neq; aliis munerìbus,

Margin: 39 (beside "rioris Cancellarii…"); 40 (beside "gò ad Imperatorem…"); *Mar. Wag. in antiq. Thurin.*; 41 (beside "dignitate inter…"); *Cat. Episc. Mog.*; 42 (beside "tem ille Sigefridus…"); *Mut. in V. Henric.*; 43 (beside "Rudberti profitetur…"); *Ann. Fuld. tom. 1. Rer. Germ. M. Freh.*; 44 (beside "re Cancellariorum…"); 45 (beside "riò verisimile est…").

bus, quàm docendi officio in Ecclesia fungebantur: neq; Carolus extra domum sigillum suum, quod in capulo gladii sui, quo semper accinctus erat, ferebat, credidisse ulli memoratur.

46 Verùm hoc loco sese nobis objicit vetustum Ecclesiæ Bremensis fundatæ diploma, cujus auctor idem Carolus Imp. sub anno Ch. 788. Quid verò ibi? Subscriptum antiquæ membranæ, quæ apud Abb. Stadensem legitur his verbis: *Hildibaldus Archiepiscopus Coloniensis, & sacri Palatii Capellarius recognovi.* Dicerem equidem in Ecclesiæ istius fundatione Archiepiscopum tanquam testem adscriptum, quod etiam in aliis id temporis piæ causæ gratiâ factis donationibus fieri solitum fuisse ostendunt complures literæ, quibus non unus duntaxat, sed multi Episcopi subscripti.

Abb. Stad. sub d. an.

47 Sed Recognoscendi verbum huic opinioni refragatur, quod Cancellarii munus & manum prodit, non solùm hodie, verùm etiã olim in literarũ publicarũ subscriptionibus. Constat itaq; liquidò, per recognoscendi facultatem Cancellarium notari, eumq; Archiepiscopum, & S. Palatii Capellanum fuisse. Sed ex eo nõ tamen evincitur illud, de quo cõtroversamur, nimirũ Cancellarii munus cum Archiepiscopatu hereditario & perpetuo jure fuisse conjunctum, & eodem modo ac ratione per Italiam constitutum, quemadmodum nunc Coloniæ Præsul ejus titulo utitur.

48 Quid ita verò? Italia eo tempore nondum in regni formam erat redacta, tametsi Longobardicum solium esset solo æquatum, multò minus potuit Archicancellariatus in ea esse constitutus. Sed & ipse Carolus nondum ista tempestate Imperator Romanorũ erat declaratus, multò minus Italia potuit corpori Imperii Romani fuisse inserta. Præ-

49 terea recognoscendi jus, si ad eum modum Cancellariatus ordinatus esset, quo nunc est, non Coloniensi Archicancellario, sed Moguntino per Germaniam competiisset. Ex quibus rationi-

tionibus relinquitur Hildebaldum Archiepiscopum, Imperatoris quidem Notarium & Cancellarium, sed non perpetuum ac hereditarium per jura suæ Ecclesiæ, verùm precarium, & ad tempus eadem ratione fuisse, qua ante ipsum plures alii Episcopi fuisse leguntur. Nam neq; Ludovicus filius & successor eius, etsi velint nonnulli ab eo in Principum nomen & celsitudinem Episcopos esse provectos, quod tamen alii etiam Otto-
ni tribuunt primo Archicancellarios Episcopos hereditarios 50
& perpetuos adhibuisse advertitur; neq; in reliquorum literis quicquam certi vestigii ad Ottonem usq; offenditur, cui verisi-
mile est acceptam hereditariam Archicancellarii dignitatem 51
Archiepiscopales Ecclesias debere. Nec verò negaverim tum Henrici IV. tum Friderici & aliorum Cæsarum Imperio jus vetus esse nonnunquam interpellatum, & ab Episcopis vel ad Decanos vel etiam ad alios translatum, prout sæpiùs Archiepi-
scoporum alienior à rebus Imperatoriis animus fidesq; appa- 52
ruerit, dignitatemq; tamen quasi postliminiò ad sedem suam tandem esse reversam. Quid verò mirum nubeculas tantas in rei hujus initio & progressu animadverti, cùm in longo illustriotibus ordinationibus Imperii multò majores tenebræ deprehendantur? Quæ enim politicorum & historicorum querimoniæ de incertitudine tum auctoris, tum temporis in Col-
legio Septem-virorum constituto? quæ scriptorum concerta- 53
tio? qui conflictus sententiarum? Multi quidem multùm cum Schardio laborarunt: nec tam diligenter olim quæsitus Osiris, ut cum Poëta loquar: Verùm is omnium ferè rerum, quæ consuetudine & moribus introducuntur paulatim, passus esse solet, ut vestigium vel nullum, vel admodum exiguum ortus
sui, & progressionis relinquant, quarum irreptio tam tacita es- 54
se consuevit, ut vix unquam percipiatur, nec nisi conversione Bod. de Rep. lib.
secuta sentiatur, quemadmodum in similibus Gallorum po- 2.c.6.lib.6.c.5.

liticus annotavit. Illarum verò rerum è numero & hanc & illam dignitatis institutionem esse censemus. Quid verò de
56 Augustæ Archicancellario? unde & quando ille? plus in eo ambigui, de quo ferè nihil in antiquis literis, nisi quòd non modò verborum, sed etiam cruentissimorum verberum dimicationes instar justi prælii legantur, ab illo habitæ, sessionis & προεδρείας gratia. Contendebat enim cum omnibus, non modò Episcopis, verùm etiam Archiepiscopis à Moguntini Pontificis sella sibi in conventu publico secundam & proximam sedem consuetudine pervetusta deberi. Hinc illud pueritiâ Henrici Imp. Quinti susceptum in æde sacra Goslariensium sanguino-
57 lentum cum Hildesheimensi antistite certamen, cujus lanienam tragico colore depictam nobis reliquit Lambertus, patriæ olim meæ Hersfeldiæ Presbyter, egregius, ut ætas ea ferebat, etiam Lipsio judice, scriptor, qui causam excitatæ cædis hanc fuisse prodit. *Consuetudo*, inquit, *erat in regno per multos retrò majores observata, ut semper in conventu Episcoporum Abbas Fuldensis Archiepiscopo Moguntino proximus assideret. Sed Episcopus cau-*
58 *sabatur neminem sibi intra diœcesin suam post Archiepiscopum debere præferri, &c.* Eandem verò contentionis infelicissimæ serram idem Abbas Weideradus ab ineunte ætate loripes, prædicatur in comitio Moguntino aliquot pòst annis cum Archiepiscopo Ubiorum reciprocasse, cùm locum sinistræ Imperatoris proxi-
59 mum occupare conaretur, *quòd*, ut ait Crantius, *multi quidem meminerant ab antiqua observantia in eo præsertim loco esse factum, sed Princeps Elector & Archiepiscopus cedere Abbati duxit inglorium.* Proferunt quidem uterq; auctores causam excitatæ rixæ atq; tumultus, cùm secundum veterem consuetudinem tueri prærogativam sessionis suæ Fuldensis niteretur, Episcopus autem & Archiepiscopus cedere eidem recusarent: Verùm unde consuetudo ista, & quæ ratio tam sublimis olim concessi Abbati sessus,

Lipſ. in Not. ad polit. c. 9. & in Mon. c. 11. n. 2. Lamb. Schaff. in hist. Ger. sub an. 1063.

Cran. lib. 6. Sax. c. 46.

sessus, nullibi explicatur. Quod quidem silentium eò magis ad-
mirandum, quòd neque Fuldenses Annales, qui de rebus aliis 60
Imperii satis expeditè loquuntur, vel verbum ullum de hoc ne-
gotio fecerint. Dixeris Primatem esse per Germaniam & Gal-
liam omnium Abbatum: Scimus: at ea dignitas posterioribus
temporibus ætate Lotharii, per Abbatem Bertholdum de 61
Schlitse, ex familia Gortiorum, qui nunc Marescalli hereditarii *Sp. in Chr. Querf.*
Abbatię Fuldensis habentur, primùm impetrata, & Ecclesiæ il-
lata. Quid verò, vetustior etsi illa prærogativa esset, ut non est,
quæ ad Primatum inter Abbates obtinendum attinet, quid,
inquam, Episcoporum, nedum Archiepiscoporũ chorum res
ista turbaret? Nec certè aliam causam illius altitudinis suspica-
ri possumus, quàm Augustæ Archicancellariatũ, qui nulli alii 62
dignitati & muneri, quàm Imperii Archicancellario per Ger-
maniam in Germania cedere voluit. Quemadmodum enim *Aur. Bull. t. 15. §. Imperialis insuper.*
Imperatrix in solenni conventu proxima infra Cæsarem, men-
sa tamen tribus pedibus depressiore accubat: Ita ejusdem sum- 63
mus Cancellarius proximum ab Augusti Archicancellario se-
dem sibi vendicabat. Quod olim & uxoria quadam conniven-
tia ab Imperatoribus concessum, & actibus aliquot tolerantia
Principum in consuetudinem pervenisse credibile est, cùm ob
reverentiam sexus & honorem Augustæ, si fortè ipsa consessi- 64
bus publicis interesset, nemo obloqueretur. Tum verò de-
mum in contentionem illud deduci cepit, cùm etiam Henri-
cus V. adhuc impubes esset, ac Augustâ conventus careret, &
postea per conjugale dissidium quàm rarissimè in solenni con-
gregatione Imperatrix videretur. Ex quo auctoritate & po-
tentia Archiepiscoporum plurimùm per intestinas flammas
Saxonicæ seditionis contra Imperatorem invalescente, Abbas, 65
ut Moguntiæ est factum, coactus cedere, paulatim antiquæ sel-
læ, & προεδρείας jus, temporum desuetudine, amisit. Sed & titu-
lum

lum ipse dimisisse videtur, cùm neq; Annales, neq; diaria ulla ejus usquam mentionē faciant, neq; annotatum sit in Decretis (Recessus vulgò dicunt) Imperii, quenquā ad annum usq; 59. ex Abbatibus Fuldensibus eo titulo usum fuisse. Wolfgangus autem primus est, qui in Augustanis comitiis patrum memoria electus & confirmatus Abbas Fuldensis, Romanæ Imperatricis Archicancellarius, & per Germaniam & Galliam primas

Recess. Imp. Aug. 1559.

67 nominatus. Reliqui antecessores, etsi ex Principibus Hennebergicis, & longè antiquissima Comitum illustrium familia, duo Johannes, & ex Burgraviis Krichbergensibus Hartmannus, qui ibidem Doctoris titulo insignitus fuit, titulo tamen

68 isto abstinuere, seq; ut in Decretis est, Abbates divinæ domus Fuldensis tantùm appellarunt. Nec verò possum, quin hoc loco interjiciam jocosum & facetum Ferdinandi Cæsaris verbū, quo in eodem comitio Augustano usus esse perhibetur, cùm eundem Wolffgangum Abbatem eo nomine & officio perfrui in Cancellaria Imperatricis audisset. Memini autem recitari illud mihi in Comitio Ratisbonensi à viro nobilissimo sene quodam Imperatoris Consiliario hunc in modum: Wolfgangum Abbatem, ajebat, ad aulam regis honoris & officii gratiâ, ut fie-

69 ri solet, aliquoties venisse, & in vestibulo cum aliis prestolatum: fuisse autem virum, ut etiam ex aliis cognovi, statura & forma corporis, dignitateq; oris perquàm conspicuum, quem cùm foribus multoties ultò citroq; per accessum & recessum apertis, Cæsar è conclavi interiore inter alios opperientē animadvertisset, sciscitari cepit ex adstantibus, quinám ille in longa veste sacerdos, foribus qui assisteret? cui cùm responsū foret Abbatem esse Fuldensem, eundemq; Archicancellarium Augustæ, denuò patefieri januam jussit, ut hominem intueri magis propiusq; posset, quo facto, apagite, inquit, apagite cum isto Archicancellario: Tam plenum sanguine monachum in con-

jugis

jugis meæ Cancellaria videre nolim. Atqui & nos ex eo ani-
madvertimus, pœnè in oblivionem antiqui officii dignitatem 70
cum titulo suo abductam fuisse, de quâ ne Imperatori quidem
quicquam videtur constitisse. Sed de Archicancellarii nomine
ejusq; origine hæc dicta velimus, quod hodie in propriæ & he-
reditariæ dignitatis appellationem titulumq; abiit, haud secus
ac Archiducis nomen & Archiepiscopi, ut præter quatuor 71
viros illos, quos diximus, nemini assignetur in Imperio, sive
Regis, sive Electoris, magnive Ducis Cancellarius sit, qui vicē
alterius sub se habeat. Latiore itaq; sensu scholasticè & orato- 72
riè potiùs quàm civiliter scripsisse videtur, qui Lampertum Di- *Franc. Hildeb. in v. Lamp. Distil.*
stelmejer, Electoralem olim in Brandeburgensi Marchia supe-
riorem Cancellarium, Archicancellarium in funebri elogio
proclamavit. Idem verò appellationis tribuit Johanni Ficino
præclariss. Cancellario olim Hassiæ, in libro suo, Academiæ
nostræ Decanus, his verbis: *Quæcunq; statuta & leges de lectioni-* 73
bus & institutione Pædagogica habentur per præsentem amplissimum
virum D. Iohan. Ficinum, totius Hassiæ Archicancellarium, sua ipsius
manu sunt confirmata, præsentibus totius Academiæ Professoribus ad
unum omnibus. Sed de eo infra pluribus.

Vicecancellarii autem nomen relationis est, quod Can- 74
cellarium sibi præsupponit. Suntq; uterq; nominibus & loco
quidem distincti, ut testatur Cromerus in Polonia sua, sed mu- *Crom. pol. lib. 2.*
nere & potestate æquali, de qua tamen re paulò pòst videbi-
mus accuratiùs.

In Imperio quidem eodem Vicecancellarii nomine se in-
dicat, qui in Bulla, & antè ipsam, Imperialis aulæ Cancellarius,
ad differentiam Archicancellarii nominabatur, quod in aula
Cæsaris commoraretur, eamq; sequeretur ad vices officii dili- 75
gentissimè præstandas. Ita enim Decreto Imperiali Augustæ,
anno 1566. promulgato, subscriptum Cancellarium Ulricum

E Zasium

Zasium JCtum, & quidem infra legimus, Danielem Archiepiscopum Moguntinum, per Germaniam Archicancellarium,
76 qui eodem loco infra Cæsarem scriptus, ubi tamen non tam vices, quàm jus proprium auctoritatemq; Vicecancellarii videtur exercuisse, cùm unà cum Archicancellario præsente
77 subscripserit. Quiescit enim vicaria manus, cùm quæ sui officii sunt, ipse præsens præstat ea, quorum agendorum causa Vicarium habet. Idq; animadverto observatum in aliquot anterioribus Decretis. Nam quod anno 1559. Augustæ sancitum est, infra Ferdinandum Regem, idem Archicancellarius Elector
78 Daniel solus subscripsit, & quod antè ibidem promulgatum, anno 1548. antecessor ejus Archicancellarius Sebastianus itidem solus cum Imperatore Carolo, manu sua annotavit, sed ea de re alibi etiam differetur pluribus. Inter sedis autem Pontifi-
79 ciæ tria maxima munera Vicecancellariatus est alterum; Nec enim illa, testante Sylvio, Cancellarii nomine utitur, propter reverentiam sancti Marci, cui illud honoris relinquunt, vel etiam
Sylv. de mor. Germ.
80 propterea, quòd P. P. Romanus ipse Christi sese Cancellarium venditet. Quod tamen Sylvius ipse fatetur, priscis temporibus non ita observatum fuisse, cùm Alexander III. P.P. antequam cathedram conscenderit, S. Marci Cardinalis & Cancellarius Romanæ sedis in historiis perhibeatur. Supra autem Christianum Archiepiscopum Moguntinum ostendimus hunc titulum, ut Romanæ sedis Vicecancellarius appellaretur, usurpasse. Fortè ille primus, qui cùm antea Divi Marci Cardinalis hereditariò Cancellarius Pontificiæ aulæ esset, veteri more mu-
81 tato, pro Cancellario Vicecancellarius institutus: primus certè est, ut ut alterum sit, qui è Germanis dignitatem eam gessit, primus, qui cum aulæ Imperialis Cancellariatu, Pontificium Vicecancellariatum conjunctum tenuit. Nunc autem si quæ alia distributionis genera haberi possint videamus.

Sunt

Sunt autem alii, qui dicuntur Imperii & regni principatusque Cancellarii; alii Imperatoris, Regis & Principis: Illi in rem videntur magis, hi in personam constituti. Illorum è genere Archicancellarii S. Imperii habentur, tres-viri Archiepiscopi, & in aliis regnis, quæ ab electionis suffragio dependent, ut in Polonia, Cancellarius Magnus, cujus longè alia potestas, quàm alterius, qui Regis & Principis Cancellarius existit. Ille enim, teste Cromero, multa etiam inconsulto Principe signare, multa, quæ contra regni leges esse videntur, Regi jubenti denegare, multa retractare potest; cùm sit regni ipsius custos, & libertatis conservator, sit quasi Ephorus salutis publicæ. Nihil verò eorum ille, quem Rex & Princeps sibi ipse constituit, quiq; ab ejus jussu & nutu totus pendet, agere potest. Potest hic quidē, quæ è re Regis & Principis esse videntur, plurimùm suadere, & si quæ contraria sententia sit, eam dissuadere, potest consulere, Jure verò suo contra voluntatem Principis uti, aut rogare, aut abrogare, nihil potest. Atqui huic secundum Bodini consilium præstat, abdicare sese munere, si quid, quod contra leges & æquitatem sit, dicere aut facere jubeatur, quàm resistere & sese opponere, exemplo Cancellarii Burgundici, cujus constantiā conspicatus Philippus secundus Dux, maluit suam sententiam mutare, quàm forti & prudente viro carere. 82 83 *Crom. lib. 2. Polon.* 84 85 86 *Bod. de Rep. lib. 3. c. 4. n. 293.*

Est autem præterea non modò Imperatoris & Regis, sed & Augustæ & reginæ suus Cancellarius. Eoq; refertur ille, de quo suprà egimus, Imperatricis Romanæ Archicancellarius, qui, cùm gynæcocratiæ & muliebri dominationi in Imperio legibus Romanis, & jure Imperii nullus locus sit, rerū earum, quæ ad clavum Imperii attinent, curam nullam habet, sed uti in cæteris masculis regnis, reginæ saltem sigillum gestat, ejusq; literas signat, scribit, subscribit, legit, & compellantibus eam respondet, teste eodem Cromero, curamq; gerit negotiorum 87 88 *Crom. d. lib.*

 eorum,

eorum, quæ ad reginam pertinent. Sed & eo genere differunt,
89 quòd alii successoria dignitate & munere perpetui: alii verò
precarii; Eò referantur tum S. Imperii Archicancellarii trini,
tum unus ille Augustæ. Est enim horum officium & dignitas
hodie inserta, & ut loquuntur, incorporata Ecclesiarum suc-
cessionibus, atq; cum infulis pariter assumitur, ad quod genus
90 etiam redeunt multarum Academiarum honorarii Cancella-
rii, quorum perpetua successio in quibusdam Episcopatibus
vel Prælaturis constituta, ut infra pluribus declarabitur. Preca-
rio verò munere funguntur, tum in Imperio & Principatibus
91 Germaniæ, tum in exteris regnis & majores & minores cæteri,
quorum officio nuncius, quandocunq; libitum est, remitti, &
ipsi, quando velint, sese munere abdicare possunt, pro duplici
autem Imperii Principum statu alii Ecclesiasticorum, alii secu-
larium Cancellarii existunt. Denique aut unius Cancellarius,
92 aut plurium est, qualis ille, qui Reip. ut Venetorum, & quon-
93 dam teste Sylvio, Florentinorum, qualis item, qui in universi-
tate habentur. Postremò, ut olim pro causarum diversitate &
multitudine, plura scrinia, puresq; eorum magistri: sic & in
94 regno, & Imperio, atq; principatu plures quandoq; ex eadem
causa Cancellariæ; plures Cancellarii: ita quidem in regno
95 Lusitaniæ Gamma testatur, Ulysbonæ Cancellarium alterum
civilis curiæ, alterum Senatus supplicationum haberi. Sed ut
explicatiùs de his generibus agatur, quinam Cancellarium
jure habeant, speciatim videbimus.

Ant. de Gam. dec.1. n.35. & seq.

CAP. IV.

Quorum Cancellarius.

1 Cùm quæ nunc Cancellaria appellatur, & Dicasterium in-
ter regalia referatur, utpote quę in veteris prętorii locum,
quod

l. un. de reg. in verb. Palatia.

quod postea Consistorium fuit nuncupatum, ex quo tandem Fereg. de jur. Fisc. lib. 1. Zab. c. n. 1.
Imperatoria scrinia emanarunt, successerit, & instar auditorii
illius antiqui habeatur, in quo causæ litigantium audiebantur, 2
querelæ & postulata libellis exhibebantur, factaq; cognitione
petitiones atque lites decretis & sententiis finiebantur, perspicuum omnibus est, illam non posse, nisi ab eo institui & haberi,
qui summam juris dicundi potestatē teneat. Hanc enim cùm 3
primùm Augustus à populo esset consecutus, in Palatio suo ad 4
eam perpetuò confirmandā muniendamq; pretoriū excitavit, Dion. lib. 53. Rom. hist.
in quo tum civibus, tum peregrinis jus ipse reddebat. Quem Lamp. in Sev.
successores ejus imitati, circumstantibus omnibus Consiliariis, qui postea Comites Consistoriani, & ipse locus, ut jam ante C. de Com. Consist.
diximus, Consistorium ideò dictus, in Imperatoria sella & tri- 5
bunali sedebant, atque causis audiendis & judicandis adhibita doctissimorum Jureconsultorum prudentia, vacabant. Ut itaque jus Prætorii, jus Consistorii, jus Scrinii (res eadem in diversis nominibus) ad solum Imperatorem in Rom. urbe pertinebat, unde nomina summæ curæ & meditamenti apud Tacitum appellantur, propereaq; accusatus Junius Torquatus le- An. 15.
gitur, quòd nobiles ab Epistolis & libellis haberet: Ita & Cancellariam, quæ in veteres istas appellationes successit, atq;, qui ejus caput & Princeps, Cancellarium, Cæsar solus habet. Idem juris in regnis omnibus aliis & principatibus liberis ei, qui cum summo Imperio est, & absolutam juris dicundi potestatē continet, rectè competit. Quæ quidem absoluta potestas, cùm in electivis Imperiis & regnis moderatione plurima teneatur, factum est, ut Imperii & regni Cancellarii majores dicerentur,
qui unà cum Imperatoris & Regis cura leges & auctoritatem 6
Imperii ac regni contra omnes, etiam ipsos Reipubl. Principes tuerentur. Quamquidem potestatem etiam atq; longè majorem boni olim Imperatores in se quidam celebrantur ultrò 7

 con-

7 concessisse præfecto prætorii, qui summam à Principe potesta-
tem & auditorium Romæ habebat. Cui enim incognitũ Tro-
jani verbum, quod cùm præfectum cingeret, eique gladii jus
conferret, gravissimè dixisse memoratur: λάβε τοῦτο τὸ ξίφος ἵνα ἂν
8 μὲν καλῶς ἄρχω ὑπὲρ ἐμοῦ, ἂν δὲ κακῶς κατ' ἐμοῦ αὐτῷ χρήσῃ: Accipe, ait, gla-
dium, quo, si rectè fecero, pro me, si secus, contra me utaris. Etsi
autem ista gladii licentia muneri togato nullibi regnorũ con-
9 veniat, in eo tamen præcipuè Cancellariorum cura & indu-
stria fidesq; sita est, ut quæ adversari juri & legibus Reipub. vi-
deantur, neq; literis, neq; diplomatibus, neq; sigillo confirmari
10 publico sinat. Cùmq; diversorum regnorum diversæ rationes
& statuta, fundamentalesq;, ut vocant, leges existãt, in singulis
regnis & Principatibus, etsi sub uno capite & Imperio conti-
neantur, ideò peculiaris tamen Cancellarius, etiam iis quę suc-
cessorio jure deferuntur, constitutus habetur, in cujus curia
negocia cujusq; regni singulatim pertractentur. Inde verò, ut
etiam suprà indicatum est, triplex illa Archicancellaria sacri
11 Imperii, & per Germaniam, & per Italiam, & per Galliam anti-
quis temporibus ordinata, perillustri documento, non modò
in Italiæ, verùm etiam in Galliæ regno Cancellariæ jus, & per
12 illud jurisdictionem ad Imperium Romano-Germanorum, e-
jusq; Cæsarem pertinuisse. Non possumus verò hoc loco non
imminuere Baldi ac Zabarellæ, & ex iis Gregorii Tolosani sen-
13 tentiam, existimantis jus suffragii & electionis Septemviralis
in Imperio per id competere regno Galliæ, quòd Archiepisco-
pus Trevirorum, qui inter suffragatores septem existit, Archi-
cancellarius Galliæ prædicetur. Quanquam enim ille &
Archiepiscopus, & Imperii per Galliam Archicancellarius
& Elector deniq; ejusdem existat, in una tamen eademq; per-
sona diversa munera, honores & dignitates, diversam etiam
14 rationem & respectum suum retinent. Non autem ut Archi-
cancel-

l. lecta. ff. de reb. cred.
Xiph. in V. Troj.
Bald. in c. venerab.
Tol. de Rep. lib. 7. c. 15.
Henn. cons. 1. de elect. reg. Rom. 6. 1. n. 3.

cancellarius, sed ut Septē-vir Imperii & Elector, suffragii atq;
calculi Imperialis jura Trevir exercet: Nec verò prætereа quic- 15
quam juris accidit regno vel Regi Galliæ ex eo, quòd Imperii
Archicancellariatus in Trevirorum antistite sustineatur. Nec 16
enim ille Galliæ, sed Imperii per Galliam Archicancellarius au-
dit, clarissimo vetustatis monumento, & inditio in istis trium
Archicancellariorum titulis certissimo residuo, veteres Ro-
mano-Germanici Imperii Cæsares non tantùm in Germania,
verùm etiam in Italiæ & Galliæ regnis jura Cancellariæ, & re- 17
liquas jurisdictionis partes exercuisse. Quod quidem in Italia
ad Frider. II. usq; excessum, in Arelatensi verò regno observa- 18
tum, usq; ad Caroli IV. prodigalitatem, quem Maximilianus *Onuph. de com.*
I. ob eam causam non Augustum Imperatorem, sed dissipato- 19
rem appellare solebat. Nihil itaque Archicancellarii per Gal- *Onuph. d. tr. de com.*
liam titulus regno vel Regi Galliæ confert in Imperio juris, ni- *Paur. de jur.*
hil dignitatis, nihil loci, sed contrà Imperio & Imperatori anti- *Rom. Imp, lib.*
quum jus, quod habuit in Galliæ regno, testatum facit, & si *2. c. 4.*
tempora ferant, postliminiò revocandum servat. Quemadmo- 20
dum autem in Imperio veteri, ita in aliis majoribus regnis &
Principatibus, quorum corpus ex diversis regnis collectum est 21
hac ratione, ut suum cuique jus, sui mores & consuetudines in-
tegræ & inconfusæ consistant & maneant, diversæ Cancellariæ
earumque Cancellarii habentur. Ex qua causa nemini mirum 22
videatur, quod Doctor Lutherus se & cognovisse & vidisse *in serm. quotid.*
ipsum in comitio Vangionum testatur, triginta ampliùs Can- *mens.*
cellarios in comitatu Caroli V. Imperatoris fuisse. Etsi enim
plura Hispaniæ regna potentia in unum corpus, & amplissimi 23
regni fastigium collata sint, singula tamen singulas curias, eas- *Ant. de Gam.*
que diversorum morū & consuetudinū statutorumq; habent, *in decis. Lis.*
haud aliter ac si singula regna suū Regem singulatim teneant.
Quod quidem secus in illis Imperiis & dominatibus, quo-
rum

rum non modò ſub uno capite, verùm etiam ſub una eademq;
lege, iiſdemq; moribus omnia Principatuum membra verſan-
34 tur; illis enim quanquam plures pro magnitudine provincia-
rum minores curiæ ſint, in quibus minores itidem Cancella-
rii verſentur, ad unam tamen Cancellariam, eamq; ſummam
curiam, judiciorum omnium auctoritas redit. Qua ratione et-
iam in Daniæ regno, quod ſibi inſertū & incorporatū Norve-
35 giæ regnum habet, regni Cancellarius unus, qui utriuſq; regni
aliarumq; ad utrunq; pertinentium provinciarum Cancella-
riatum ſupremum adminiſtrat. Quamvis enim Regi & alius
ſit, quem vulgò Germanicum Cancellarium appellant, ille ta-
men non regni Danici, ſed extra regnum aliarum provincia-
36 rum nomine, quæ ad Regem hereditariò pertinent, ſuum mu-
Herb.lib.12.c.6. hiſt.Pol. nus & dignitatem gerit. Eodem modo unus in utraq; Polonia
magnus regni Cancellarius: & alius in Lithuania, quæ cum o-
37 lim ſingulare regnum eſſet, ſub nomine magni Ducatus legi-
bus & moribus ſuis integris ſeſe per matrimoniale fœdus Po-
Crom.lib.2. Polon. loniæ regno aggregavit. Nemo verò reliquorum regni proce-
rum, ſive Palatini ſint, ſive Caſtellani, qui quòd ſummo honore
38 & dignitate præditi, vulgò dignitarii vocantur, Cancellariæ
jure aut Cancellario utuntur, cùm ſumma juriſdictione, quæ
Commin.lib.1. com.m. ad hoc requiritur, careant. Et unus in regno Galliæ Morville-
rius noſter, domeſticæ diſciplinæ judiciorumq; Princeps. Can-
39 cellarius ſeu Primicerius, in ſumma poteſtate conſtitutus, uti
Bod.lib.2.c.1. n.181. Bodinus de eo officii genere ſcribit. Sed licet in Hiſpaniarum
regno plures exiſtant, unus tamen, quod ſuprà etiam innui,
40 maximus nominatur, cui reliqui omnes, tanquam Soli mino-
Ant.de Gam. d.obſ.1.n.16. res Planetæ, dignitate cedunt. Hujus tamen ut & omnium mi-
norum auctoritas, ad ſupremæ poteſtatis arbitrum, Regem re-
fertur. Aliter verò illud in Imperio Germanico. Etſi enim olim
41 & antè & pòſt Carolum Magnum, Romani Imperatoris Can-
cella-

cellarius folius fuiffe videtur, qui præter Imperii Archicancel-
larios, in aula Imperiali, diplomatum & literarum revifioni, ea-
rumq; fignationi, aliisq; ad Cancellariæ munia pertinentibus
negotiis præfuerit, more veteris Imperii, cùm jura Palatii &
fcriniorum apud Cæfares folos effent. Attamen cùm fecun- 42
dum hodiernum Reipubl. ftatum in hereditariam fucceffio-
nem, eamq; perpetuam Ducatus & Principatus pervenerint, *Surd. dec. 1. n. 3.*
eademq; quifque poteftate & jure in fuis provinciis ac territo- *Bal. proœ. ff. n. 25.*
riis fruantur, quo Imperator in univerfo Imperio, idq; ratione
celfioris dignitatis fublimiorisq; faftigii, quo Principatus Im- 43
perii evecti, non folùm hoc, fed & alia majora jura, quæ Regalia *Wef. conf. 27.*
vocant, tum Electores, qui columnæ & palmites Imperiales, *n. 17.*
membraq; Imperatoris propria & pars corporis ejus, quorum 44
præfidio dextera Imperialis potentiæ roboratur: tum omnes 45
quoq; cæteri Principes Imperii, æquè ufurpant. Nam quem-
admodum Celf. Mancinus de re ifta difputat, hoc ipfe titulus
& dignitas nomenque Principis in fe continet, ut ei annexa & 46
conjuncta omnia propemodum regalia cenfeantur, quæ Im- *Manc. de jurib.*
peratoris olim unius in univerfo Romanorum orbe erant. *Princ. lib. 2. c. 4.*
Quantum verò ad Cancellariorum habendorum jus attinet, 47
rariores quidem in fuperiorum ætatum annalibus Principum
Cancellarii occurrunt, cùm plerunque Secretariorum nomi-
ne & Notariorum infignirentur, qui eorum à figillo & epifto-
lis erant, ut fuprà oftenfum pluribus. Quod quidem etiamnũ
animadvertere eft apud plerofq; Comitũ, qui etfi caufis judi-
candis rebusq; gerundis publicis Confiliarios Doctores & Ma- 48
giftros jurifperitos adhibeant, Cancellario tamen nullo utun-
tur, fed per Secretarium negotia expediunt. Quod perfpicuum
eft ex fubfcriptionibus Decretorum Imperialium, in quibus
longa Cancellariorum centuria legenda, quos inter vix feptem
Comitum notãtur. Primum etenim Cancellariũ Comitis Für-

 ften-

An. 42. ..nbergii, invenio in illis appellatū inter nomina Decreti No-
49 rici, quod Anno 1142. promulgatum, D. Matthiam Rasthium,
qui eodem titulo in subscriptione subsequente Wormatiensi
Anno 45. repetitus. Ibidem legendus Martini Comitis Oetingensis
Cancellarius, D. Sebastianus Vischer, qui in Recessu, ut vulgò
loquuntur, Augustano sese eodem nomine indicavit. Et eo-
50 rundem Comitum Cancellarius nominatus in Ratisbonensi
Ann. 98. conventu Wilhelmus Hammonius, & Jacobus Heiner, & ante
An. 82. illos in Augustana annotatione Joh. Meiser. Præterea Nasso-
vicum Sarbrugensem Cancellarium reperies Matthæum Hirs-
51 bachium in Augustana congregatione. Et in Ratisbonensi
An. 48. communis omnium Comitum Mansfeldensium extat Can-
An. 94.
An. 82. cellarius, Christophorus Faber: extat eorundem Wolfgangus
Schröter in Augustana priore. Nec verò alii præter Glei-
chensem Laurentium Norimbergum, & Hieronymum de
52 Pflaumern, Caroli Comitis de Hohenzollern Cancellarium,
notantur se eo nomine assignasse. Omnium autem Comitum
An. 94. Wetteraviorum Syndicum leges D. Andream Christiani, &
An. 98. eundem Nassovicum Dillenbergensem Consiliarium: leges
53 alios eodem titulo; alios verò Secretarios inscriptos. Etsi au-
Sieb. cons. 8. tem Comitem in ditione sua Principi æquiparari, eodemq; ju-
n. 51. Soc. jun. re superioritatis gaudere, vulgò disputent, video tamen com-
cons. 126. plures consuetudinem veterem in hac re suam magis sequi, et-
iam illos, qui Imperiali cera rubra in signando cum Principibus
54 utuntur. Illud enim jurisdictionis plenioris signum esse vo-
lunt, neq; omnibus, nisi veteri consuetudine aut certo privile-
gio impetratum sit, competere.
55 Quod quidem etiam in regno Galliæ, non tamen in ru-
Bod. lib. 1. de bea, sed flava cera, quæ Regii sigilli est, observatum, teste Bodi-
Repub. c. ult. no, qui Ludovicum XI. perhibet in Actis curiæ Parrisiensis an-
n. 172. notatum, magni beneficii loco Renato Siciliæ ac Neapoleos
Regi

Regi istud privilegii, ut cerâ flavam tractaret, permisisse. Quo
rubræ ceræ privilegio in sigillis suis utuntur etjam Academiæ 56
& Universitates studiorum, etsi jurisdictionem simplicem, ut *Phil. Landr.*
pleræq; omnes, cum nostra Marpurgensi habeant; Quibus iti- *Hass. in stat.*
dem ex Imperiali gratia & privilegio, nec non ex consuetudine *Acad. Marp.* 57
omnium honorarius Cancellarius existit, qui ut de nostræ A-
cademiæ Procancellario in statutis & legibus continetur, Os
Universitatis habeatur, cujus dignitas & officium potissimùm
in Promotionum, ut vocant, publicarum actibus elucescit. Ab
eo enim honores & studiorum apices, laureæque & Coronæ, 58
tum Magistrorum, tum Doctorū, nomine Imperatoris oran-
tur & exorantur, publicaque auctoritate dignitatis collatio
confirmatur. Quod quidem munus cùm Palatinum sit, Cæsa-
reæq; potestatis lucem splendoremq; referat, quò conspectior
& illustrior ejus auctoritas foret, Episcopos & Principes alios- 59
que fulgentiore dignitate Prælatos plerunq; Academiarum
Cancellariatu honoratos esse cognoscimus. Qua ratione anti- *Wimph. in Epit. rerū Germ. c. 52.*
qua Academia Erfurtensis, quam sua ætate scribit Wimphelin-
gus principem locū in Germania obtinuisse, Cancellariū con-
secuta est perpetuum Archiepiscopum Moguntinum, S. Impe- 60
rii eundemper Germaniam Archicancellarium & Electorem
summum. Et quæ eodem Anno cum Thuringica Myrtileti
prodiit Palatina, nacta Episcopatus Wormatiensis Ecclesiæ
præpositum. De quo honore sibi olim plurimum gratulatus 61
Æneas Sylvius, quem postea fortunæ successus Pium Secundū *Sylv. de mor. Germ.*
fecit, quòd cùm præposituram istam cum nobili, ut scribit, Po-
latio teneret, simul Academiæ Heidelbergensis Cancellaria- 62
tu fungeretur. Eodem munere & dignitate in Academia Ba-
siliensi fungitur ejus loci Episcopus. Habet præterea ex Episco- 63
porum ordine Lebusiensem antistitem Academia Marchica,
quæ ad Viadrum à Joachimo I. Electore Brandeburgico collo- 64

 cata,

Chyt. in metrop.

cata, illoq; munere, cum superioris seculi anno sexto aperire-
tur, primus lætatus est Episcopus Theodoricus, è familia nobi-
65 lissima Buloviorum natus. Sed & ejus quæ ad Varnum, in ur-
66 be Rosarum Mogalopyrgensium condita est, Suerinensis E-
piscopus Cancellarius fuit constitutus. Fungebatur eo officio,
cùm ibidem auditionibus Chytræi historicis, & Johannis Cas-
67 selii moralibus literis operam darem, Illustrissimus Princeps,
Dux Uldaricus, qui quoties opus erat, uni ex Professorum clas-
se, quem volebat, vices suas ad actum publicum illustrandum
commendabat, quòd idem Suerinensis Ecclesiæ administra-
tionem cum hereditaria hac functione haberet. Pluribus ejus
generis supersedeo, quæ tum in Saxoniæ Academia Episco-
pus Merseburgensis, tum alii alibi exempla suppeditare pos-
68 sent. In nostra, quæ ad Lanum, in antiquissima Principum Cat-
torum sede, Philippi Principis longè fortissimi, tanquam Ma-
69 cedonis beneficio fundata est, Vicecancellarius non annuo, ut
Rector & Decanus, sed perpetuo officio habetur. Vicem au-
tem ejus ab aliis quidem audivi ad Illustrissimi Hassiæ Princi-
pis Cancellarium, alii ad Hersfeldensis Ecclesiæ regalis & ex-
emptæ antistitem referri, qui etiam inter Imperii Principes Ec-
clesiasticos unà cum Fuldensi antiquis temporibus asscriptus.
70 Verùm tametsi in cunctis ferè Academiis per Germaniam hoc
ita constitutũ esse videatur, ut Ecclesiastici Principes Episcopi
vel Abbates, Prælati, ac Præpositi, Cancellariatu Universita-
tum fungantur: tamen in nostra Marpurgensi Illustrissimi
71 Cattorum Principis Philippi Fundatoris Cancellarius Johan-
nes Ficinus eo etiam officio fuisse exornatus videtur, ut unà A-
cademiæ, cujus ortum & incrementũ ope & consilio suo plu-
72 rimùm juverat, cujus privilegia à Cæsare Carolo V. Ratisbonæ
in conventu Imperii impetrata, summa cum gratulatione do-
mum reportaverat, primus Cancellarius haberetur. Eamque
ratio-

rationem esse puto, quamobrem ille, ut antea dictum est, in Decani libro, aliquoties Archicancellarius fuerit appellatus, 73
quòd geminata Cancellarii dignitate & munere tam in aula, quàm Universitate fungeretur. Deinde mihi argumento & inditio longè maximo est, quòd novem annis pòst quàm jam scholæ fundamenta jacta essent, Academiæ primus Viceccancellarius, Johannes Ferrarius, qui primus itidem Universitatis 74
nostræ Rector, primus in ea promotus Juris Doctor, cùm antea idem S. Theologiæ Bacularius, idem Medicinæ Licentiatus esset, legatur ab eodem Cancellario Ficino ordinatus, & surrogatus eidem esse vir longè clarissimus, qui non modò primarius Juris Professor, sed & judicii supremi Assessor, ac Consiliarius Principis extitit. Quæ idcirco hoc loco prætermittere 75
nolui, ut dubitationis nubem, quam ea de re inter nostros etiam versari intellexi, aliquo modo discuterem. Sed ut ab Academiarum Cancellariis, quos & Archiepiscopos & Episcopos cognovimus, ad universum Ecclesiasticum ordinē veniamus, quid de jure Pontificum, aliorumq; antistitum, in Cancellaria & Cancellariis habendis sentiendum? Olim præter discipli- 76
nam Ecclesi...cam in moribus Christianorum castigandis, & autoritatem paternam, qua Patres ab Imperatoribus ipsis appellati, nihil juris publici & jurisdictionis Episcopi habebant, quàm maximè in eo conformes Apostolorum imagini, quibus secundum summi magistri præceptum, nihil omninò Imperii, 77
ne quidem, ut doctor gentium præscripsit, ἐν τῷ κυριεύειν τῶν κλήρων, ut populo & cœtui Christiano dominarentur, concessum. Verùm cùm ab Imperatoribus Christianæ fidei addictissimis, tandem agnoscerentur, ex uno eodemq; principio, ut Justinianus scripsit, Sacerdotium atq; Imperium procedere, & maximoperè vitam humanam pariter utrumq; exornare, ut redderent propter opinionem religionis, seu potius superstitionis, Apostoli-

Inst. ad patr. Const. C. de sum. Trin.

Nov. 6. in prin.

l. 8. C. de sum. Trin.

Chyt. in metrop.

cata, illoq; munere, cum ſuperioris ſeculi anno ſexto aperire-
tur, primus lætatus eſt Epiſcopus Theodoricus, è familia nobi-
65 liſſima Buloviorum natus. Sed & ejus quæ ad Varnum, in ur-
66 be Roſarum Mogalopyrgenſium condita eſt, Suerinenſis E-
piſcopus Cancellarius fuit conſtitutus. Fungebatur eo officio,
cùm ibidem auditionibus Chytræi hiſtoricis, & Johannis Caſ-
67 ſelii moralibus literis operam darem, Illuſtriſſimus Princeps,
Dux Uldaricus, qui quoties opus erat, uni ex Profeſſorum claſ-
ſe, quem volebat, vices ſuas ad actum publicum illuſtrandum
commendabat, quòd idem Suerinenſis Eccleſiæ adminiſtra-
tionem cum hereditaria hac functione haberet. Pluribus ejus
generis ſuperſedeo, quæ tum in Saxoniæ Academia Epiſco-
pus Merſeburgenſis, tum alii alibi exempla ſuppeditare poſ-
68 ſent. In noſtra, quæ ad Lanum, in antiquiſſima Principum Cat-
torum ſede, Philippi Principis longè fortiſſimi, tanquam Ma-
69 cedonis beneficio fundata eſt, Vicecancellarius non annuo, ut
Rector & Decanus, ſed perpetuo officio habetur. Vicem au-
tem ejus ab aliis quidem audivi ad Illuſtriſſimi Haſſiæ Princi-
pis Cancellarium, alii ad Herſfeldenſis Eccleſiæ regalis & ex-
emptæ antiſtitem referri, qui etiam inter Imperii Principes Ec-
cleſiaſticos unà cum Fuldenſi antiquis temporibus aſſcriptus.
70 Verùm tametſi in cunctis ferè Academiis per Germaniam hoc
ita conſtitutũ eſſe videatur, ut Eccleſiaſtici Principes Epiſcopi
vel Abbates, Prælati, ac Præpoſiti, Cancellariatu Univerſita-
tum fungantur: tamen in noſtra Marpurgenſi Illuſtriſſimi
71 Cattorum Principis Philippi Fundatoris Cancellarius Johan-
nes Ficinus eo etiam officio fuiſſe exornatus videtur, ut unà A-
cademiæ, cujus ortum & incrementũ ope & conſilio ſuo plu-
72 rimùm juverat, cujus privilegia à Cæſare Carolo V. Ratiſbonæ
in conventu Imperii impetrata, ſumma cum gratulatione do-
mum reportaverat, primus Cancellarius haberetur. Eamque
ratio-

rationem eſſe puto, quamobrem ille, ut antea dictum eſt, in Decani libro, aliquoties Archicancellarius fuerit appellatus, 73
quòd geminata Cancellarii dignitate & munere tam in aula, quàm Univerſitate fungeretur. Deinde mihi argumento & inditio longè maximo eſt, quòd novem annis pòſt quàm jam ſcholæ fundamenta jacta eſſent, Academiæ primus Vicecancellarius, Johannes Ferrarius, qui primus itidem Univerſitatis 74
noſtræ Rector, primus in ea promotus Juris Doctor, cùm antea idem S. Theologiæ Bacularius, idem Medicinæ Licentiatus eſſet, legatur ab eodem Cancellario Ficino ordinatus, & ſurrogatus eidem eſſe vir longè clariſſimus, qui non modò primarius Juris Profeſſor, ſed & judicii ſupremi Aſſeſſor, ac Conſiliarius Principis extitit. Quæ idcirco hoc loco prætermittere 75
noluì, ut dubitationis nubem, quam ea de re inter noſtros etiam verſari intellexi, aliquo modo diſcuterem. Sed ut ab Academiarum Cancellariis, quos & Archiepiſcopos & Epiſcopos cognovimus, ad univerſum Eccleſiaſticum ordinē veniamus, quid de jure Pontificum, aliorumq; antiſtitum, in Cancellaria & Cancellariis habendis ſentiendum? Olim præter diſcipli- 76
nam Eccleſi[illegible]cam in moribus Chriſtianorum caſtigandis, & autoritatem paternam, qua Patres ab Imperatoribus ipſis appellati, nihil juris publici & juriſdictionis Epiſcopi habebant, *Inſt. ad patr. Conſt. C. de ſum. Trin.*
quàm maximè in eo conformes Apoſtolorum imagini, quibus ſecundum ſummi magiſtri præceptum, nihil omninò Imperii, 77
ne quidem, ut doctor gentium præſcripſit, ἐν τῷ κυριεύειν τῶν κλήρων, ut populo & cœtui Chriſtiano dominarentur, conceſſum. Verùm cùm ab Imperatoribus Chriſtianæ fidei addictiſſimis, tandem agnoſcerentur, ex uno eodemq; principio, ut Juſtinianus *Nov. 6. in princ.*
ſcripſit, Sacerdotium atq; Imperium procedere, & maximoperè vitam humanam pariter utrumq; exornare, ut redderent *l. 8. C. de ſum. Trin.*
propter opinionem religionis, ſeu potius ſuperſtitionis, Apo-

78 stolicæ sedi & sanctitati Episcoporum honorem, eosq; majore
auctoritate munirent, non modò amplissimis fundis & præ-
diis, verùm etiam ditionibus & territoriis cum omni jure & ju-
d.l.8. risdictione sanctitatem & beatitudinem eorum donarunt. Il-
lud autem hoc verbi temperamento primum introductum
79 est, ut non quidem jurisdictionis nomine, in qua civilis pote-
C.de aud. Episc. statis festuca fascesq; ad invidiam conspectiores, sed mollissi-
80 mo audientiæ vocabulo uterentur. Quid verò illa? Notionem
causarum continebat; eratque facultas cognoscendi, non au-
tem juris dicundi, vel sententiæ exequendæ. Verùm ex hisce
principiis ad majores fasces fastus paulatim progressus est, cùm
primùm quidem civilis jurisdictionis habenas in Clericos,
81 quos à laicis judicari minùs æquum esse disputabant, indul-
gentia superstitiosorum Principum consequerentur; deinde
etiam ipsis veterum Imperatorum constitutionibus in eo de-
c. indicasti, c. si diligenti, de foro comp. rogarent, ne, ut quondam, si quid criminaliter à clerico com-
missum esset, reus ad civile tribunal traheretur. Postremò verò
ratione territorii, quod jure Ecclesiæ instar Principum secula-
rium possidebant, mixtum Imperium, gladiumq;, cujus causa
82 curiam, quam à cruore deducebant, ingredi cum Judaicis Pon-
tificibus religio illis erat, utraque manu arripuerunt. Quibus
tandem accessit in Imperio Germaniæ Episcopalis status in or-
83 dinem Principum secularisq; dignitatis fastigium evectio, cu-
jus jure omnia ea, quæ Laici Principes ratione regalium & be-
Cast. in l. si quando, C. de appell. & vulgò Can. in c. Romana, de app. neficiorũ, quæ ab Imperatore recognoscuntur, obtinent. Nec
minus reliqui Prælati respectu ditionum & dominatuum,
quos ab Imperatore capiunt, Principes & Comites esse pos-
sunt; Imò verò tantam radicem in potestate & dominatione
84 civili Ecclesiastica manus defixit, ut non modò minora, sed et-
iam majora beneficia, in quibus Comitatuum & dominiorum
celsitudines collocatæ, aliis collata dederint. Quin & ipsi Epi-
scopi

ſcopi ſecularium Ducum & Principum nomina atq; jura, regalesq; faſcias involutas Eccleſiaſticis ſuis tiaris, atque Pontificiis apicibus habent. Hinc iſti in Eccleſiis Duces Weſtphaliæ & 85
Angariæ, alibi Dux Franconiæ: Dux Bullioniæ alibi: alibi Dux
Cameraci: & in Alſatiæ jugis Epiſcopus Landgravius. Quid 86
verò ad hæc? tu contra ex prima Apoſtolica Eccleſia diſputabis? incaſſum cœlo os oppones. Diſputavit olim, teſtante Sigonio, neſcio quis Arnoldus, homo non ineruditus, patria Brixianus: at ille hæreſeos anquiſitus, & in Concilio Lateranenſi 87
à mille amplius ſacris Capitibus condemnatus. Habeant itaq; ſibi cum Petri ſucceſſore vi annuli piſcatorii terrarũ ſupercilia, habeant omnia jura regalia poteſtatisq; ſuperioris faſtigium. Cancellariam verò primum Romæ excitavit Johannes XXII. 88
Pontifex, unà cum Rota, teſte Petrarcha, eaq; duo urbis luminaria appellavit, etſi alii Lucio III. aſcribant.

Sixt. de reg. & lib. II.

Petr. de reb. memor.

De Romanæ autẽ ſedis veteri Cancellario, & qui nunc eſt, de Vicecancellario, ſuprà diximus. Nec verò aliter, Pontificis exemplo, omnes in Germania Archiepiſcopi & Epiſcopi ſuum Cancellarium nacti, & Moguntino quidem ajunt pro Cancellario perpetuo Epiſcopum Eichſtedenſem à Bonifacio, quem Haſſorum & Thuringorum Apoſtolum nuncupant, ordinatum. Nec tamen minus hodie ſe ii quoque Cancellarios profi- 89
tentur in eadem Cancellaria, qui precario munere funguntur, ut in Comitialibus annotationibus eſt videre. Ex quibus, Sylvii ætate, floruit Martinus Meyer juriſperitus, patriæ amans, 90
qui ſe ipſe in literis ad Cardinalem Æneam, Moguntini Præſulis Cancellarium inſcripſit. Sed tamen eundem, non eodem Cancellarii titulo honoravit in literis, quas reſcripſit idem Cardinalis. Nec in veteribus Chronicis & Annalibus noſtris quiſ- 91
quam occurrit, qui Cancellarius Archiepiſcopi, aut Epiſcopi, multò minus Abbatis appelletur. Notariorum verò & Proto- 92
nota-

Brunſch. de Monaſt.

notariorum mentio frequens, quos eosdem apud Germanos
Sylv. Ep. 188. sua fuisse ætate, qui Secretarii sint, testatur Sylvius in Epistolis;
93 Quin & ipse se Protonotarium in aula Cæsaris, eoq; nomine si-
94 mul Consiliarum prodidit. At alii, ut Felix Faber, Suevicarũ re-
rum scriptor, eundem Cancellariũ Cæsaris insignivit. Res itaq;
etsi olim eadem fuisse videtur, ut suprà disquisitum est, nomine
tamen eo, quod propriè ad curiam Imperialem pertinere vi-
debatur, inferiores curiæ ultrò abstinebant. Quo quidem et-
iam mea ætate fieri vidi in Cancellaria Abbatum Hersfelden-
95 sium. Etsi enim clarissimi Doctores U. Juris essent, qui eam vo-
ce & consilio moderarentur, req; ipsa officiũ Cancellarii præ-
starent, nemo tamen nomine Cancellarii uti voluit. Equidem
memini me aliquando ad Doctorem Christophorum Vulte-
jum, nostri Jurisconsulti & Vicecancellarii in Academia Her-
96 manni fratrem germanum, amicum meum singularem, cùm
Primarius esset in curia Consiliariorum, familiariter scribere,
eumq; Cancellarii Hersfeldensis titulo, quo dignissimus erat,
insignire: at ille literis rescriptis, plurimum contra protestari
& expostulare, ne se illis titulis, quibus antecessores ejus uti no-
luissent, non tam honorarem quàm onerarem. Nec quidem
97 ille adduci potuit, etsi Abbas Joachimus fieri perlibenter vel-
let, ut appellari sese Cancellarium pateretur. Interfui sermoni-
bus, qui inter cœnandum, præsente Abbate, ea de re aliquando
haberentur, cùm inter alia, quibus ego contendebam, etiam
prioribus temporibus Cancellarii nomen id loci esse usurpa-
tum, adducerem auctoritatem & testimonium Lutheri; reci-
98 tata ejus Epistola, quam ad Georgium Spalatinum de suo ex
Epist. Luth. ad Spalat. comitio Vangionũ discessu, & de honorifica exceptione apud
Præsulem Hersfeldensem, qua ipsum transeuntem complexus
sit, exaravit. Nec verò possum, quin eam huic loco, ad declarã-
100 dum id, quod velim, interseram. *Nõ credas*, inquit, *quanta nos hu-*
mani-

manitate Abbas Hersfeldensis exceperit: Cancellarium & Quæstorem obviam misit, milliari magno, tum ipse ad castrum suum multis equitibus nos excipiens, in oppidum Comes fuit. In Monasterio suo nos lautè pavit, & in cubili suo me locavit. Manè quinta sermonem facere 101
coegerunt, frustrà me causante, ne fortè sua Regalia amitteret. Si hoc factum cœperint Cæsariani interpretari læsam fidem datam, cùm mihi inhiberent, ne in via prædicarem. Ego tamen me non consensisse dice- 102
bam, ut verbum Dei alligaretur, quod & verum est. Et Isenaci prædicavi, sed timido parocho, & notario, testibus præsentibus, coram me protestante, humiliter tamen excusante necessitatem hanc ob metum 103
tyrannorum suorum. Ita & Wormatiæ fortè audies per hæc à me solutam fidem esse, sed non est soluta. In mea enim potestate non erat conditio ea, ut verbum Dei esset alligatum, nec pepegi in eam, & si pepegissem, quia contra Deum fuisset, servanda non fuisset, &c. Hactenus verba illius Epistolæ, quæ Cancellariũ Hersfeldensem etiã tum temporis, cùm Crato primus ex plebeja cõditione, Abbas in Wetteraviæ oppido Hungen natus, post agricolarũ fatale Oestrum 104
conquassatam sævissima tempestate navim resarciret. Sed tum mihi ad hæc responsum est, Lutherum rhetorum more, ut plerunq;, ἐν πλάτει, & cum vulgò locutum Cancellarium pro Consiliario indistinctè accepisse. Verùm ego exemplis aliarum Ecclesiarum non modò parium, sed etiam inferiorum instabam.
Vicinam Abbatiã Fuldensem in ejusdem fluvii margine, cum 105
Hersfeldensi ab eodem fundatore positam, ostendebam, cujus Cancellarius in Comitiali libro non obscurus. Esse autem inter Abbates, addebam, antistiti Hersfeldensi proximum à Primate locum in subselliis publicis, morisq; olim fuisse, ut con- 106
junctis manibus uterque sessum in conventu juxtà irent. Præterea verò & Murbacensis Abbatis, qui infra Ecclesiam regalem, & exemptam Herolfi Cathedram suam locatam habet, 107
Cancellarius in Catalogo comitiali sese indicavit, uti videre in An. 48. & 94.

Decreti Augustani, & Ratisbonensis conventus indice. Quin
108 & Præpositorum tum Elbangensis, tum Echtersgadensis Cancellarii ibidem nominatim expressi. At Hersfeldensis Ecclesiæ, ut antiquior, ita multò celsior dignitas, & meritò dignior lo-
109 cus. Nec enim ejus antistes primùm inter Imperii Principes
Cruf. Ann. Suec. p. 3. lib. 5. numeratus à Carolo IV. quod Crusius de opulentioribus quibusdam Abbatibus opinatus; Sed longè antè veterum Ottonum Imperia, etiam inter illos, qui auctoritate præcipua ante
100 Tertii septemviralem constitutionem suffragiis adhibebatur. Et ideò notatus in vetustis Ecclesiæ membranis Abbas Cutz-
111 bertus est, qui ne Ottonis III. creationi, invito animo, calculum suum adjicere cogeretur; dignitate ultro sese & antistitis
Lamp. Scha. infula exuit. Ejusdem quoque meminit Lampertus, & Abbatiam reddidisse testatur. Sed hæc per otium alibi agemus fusiùs: Hoc loco ostendisse sufficiat à Principibus Ecclesiasticis, omnibusq; Prælatis, qui Principum dignitati annumerantur, æquè ac à secularibus, jura Cancellariæ & Cancellarii habendi, hodiernis moribus usurpari. Quid verò civitates, quæ ap-
112 pellantur Imperiales & liberæ? Etsi illæ ideò Imperiales, quòd immediatè, ut loquuntur, Imperii & Imperatoris potestati sint subjectæ, statusq; per hoc Imperii existant, jureq; sellæ comitialis & suffragii potiantur, prætereaque liberæ appellentur, quòd immediata libertate fruantur, & nulli Principi alii, præterquam Imperatori sint obnoxiæ; plurimùm tamen à Rebus-
113 publ. & verè liberis civitatibus differunt. Hæ enim quamvis in
Gail. de p. pub. lib. 1. c. 6. 2. obs. 72. n. 13. suos omnimodam jurisdictionē potestatemq; & jura habeant: tamen neq; Cancellariæ nomen, neque Cancellarii usurpant: sed Syndicos suos & Notarios more majorum retinent. Nec
114 aliter in comitiali cõsignatione illorum quemquã asscriptum
115 reperio, præter Martinum von Ingenheim Doctorem, qui in
An. 12. Trevirensis & Coloniensis Decreti subscriptione Metensis civita-

vitatis nomine legitur Cancellarius. Sed fortè idem apud Epi-
ſcopum Metenſem id munus ſuſtinuit. Repetitur quidem *Re. An. 48.*
etiam Colonienſis civitatis Cancellarius, in Auguſtana congre- 116
gatione Georgius von Halten/ D. ſed ille ad Syndici nomen ſub-
ſequente conventu ſeſe recepiſſe videtur. Neque Argentinen- *Re. An. 51.*
ſis Reipubl. Cancellariũ in publico illo Receſſu invenio; tam-
etſi, qui Epiſcopi Cancellarius fuit, Chriſtophorus Welſinger, 117
ſeſe ad ejus differentiam videatur principalem Cancellarium *Rec. An. 57. 166. 159.*
Argentinenſem aliquoties nominaſſe. Quod autem de liberis
Imperialibus civitatibus ad hunc modum diſputatur, illud ad 118
municipia provincialia referri nequit, multò minus ad Colle-
gia & ſocietates, quæ etſi copioſiſſimæ ſint, privatorum tamen
jure tenentur. Nec verò civitates, quas vulgò Anſaticas appel- 119
lant, quòd maxima earum pars ad Balthicum fretum colloca-
ta, etſi, teſtante Chytræo, florentiſſimæ ſuperioribus ſeculis, & *Chyt. lib. 23. Sax.*
omnibus vicinis Principibus & Regibus ζηλωταὶ fuerint, vi ta-
men ſocietatis, ſumere ſibi publicæ quicquam poteſtatis poſ- 120
ſunt, quæ ultra privatorum Collegiorum conditionem caput
non effert. Quemadmodum igitur, ut in Legato meo diſpu- *leg. noſt. lib. 1. c. 3. n. 53. & ſeq.*
tatum eſt copioſius, illæ legationis jure carent: ita & Cancella- *edit. ſecunda.*
riam & Cancellarium hoc loco non habet. Nec enim Anſaticæ 121
omnes, ut Bodinus falsò autumavit, Imperiales civitates & *Bod. lib. 1. de*
liberæ ſunt, neq; quicquam ad publica jura conſequenda adju- *Rep. c. 6.*
menti tori ſocietati, & iis, quæ in ea municipia provincialia exi-
ſtunt, affert, quòd, non quidem una duntaxat, ut Waremun- 122
dus ſcripſit, ſed quatuor civitates Imperiales liberæ, eodem *War. de fœd. p. 1. c. 2. n. 45.*
Anſæ corpore hodiè etiam contineantur. Verùm de re iſta plu- *leg. noſt. lib. 1. c.*
ribus Legatus noſter ſecundùm editus agit. Nos verò Morvil- *3. n. 55. & ſeq.*
lerius noſter ad ſe è diverticulo revocat, ut lectiſſimũ Cancel-
larium, quem velimus, omnibus partibus ad vivum, quod di-
citur, reſectum demus, ejusq; formam, quam afferre ille ad

hanc dignitatem & officium debeat, in conspectum atque lucem omnium, tanquam aliquod pulcerrimum cunctis lineamentis absolutum Phidiæ ebur proponamus.

CAP. V.

De legendo Cancellario cautio.

Plin. secund. in Paneg.

Cùm nullum boni Imperii ac Principatus instrumentū majus existat, ut Panegyristæ verbum commodissimè huic lo-
1 co adhibeamus, quàm bonus Cancellarius, qui regni verè pre-
2 ciosissimus thesaurus, & Principis non modò optimus amicus,
verùm etiam parens, quo nomine olim fidissimi Consiliarii ab
Imperatoribus appellati, sitq; præterea singulare Dei donum
3 atque beneficium, quemadmodum Syracides prudenter scri-
ptum reliquit, secundum versionem sermonis nostri vernacu-
li, præclarus Cancellarius, erit profectò operæ ptecium, omnes
eò maximi judicii atque consilii rationes conferri, quantum
4 diligentia atque studio nostro fieri possit, ut virum tam divino
muneri maximè idoneum, longeq; optimum, ex toto genere
eligamus. Nam quod Blondum rerum, veterum scriptorē, de
quadam opulentissima civitatis Pistoriensis in Italia familia,
5 quæ Cancellariorum fortasse olim ab hujus muneris admini-
stratione appellata fuit, memoriæ prodidisse cognoscimus,
cùm orta inter eos dissensione, gravissimisq; factionibus, par-
tem albos, partem nigros cognominatos fuisse retulerit: Idem
6 cùm de omni genere hominum, qui, ut cum Venusino vate lo-
quar, in campum descendunt, hoc est, munera ac honores pe-
titum eunt, officiorumque & dignitatum fastigia ambiunt,
tum etiam de iis, qui ad Cancellorum administrationem aspi-
7 rant, usurpari posse, nullo modo inficiari possumus. Sæpissimè
enim usu venire solet, ut etiam in delectu non indiligenter ha-
bendo

Blon. dec. 2. lib. 9. & ex eod. Sylv. in Epit.

bendo oculi & judicia nostra quàm plurimum fallantur, acci-
datq́; quod Bucolico versu in triviis cantatur: Alba ligustra ca-
dunt, vaccinia nigra leguntur. Quod quidem in omni vitæ ci- 8
vilis parte, maximè verò in hoc amplissimo munere, in quo
Reip. quasi alterum columen nititur, ne temerè eveniat, sum-
ma diligentia ac studio providendum. Nec enim abs re est pri-
scum illud Capitolini verbum, quod ex arcanis Imperii prola- 9
tum, cùm scripserit, meliorem esse Rempubl. & propè tutio-
rem, in qua Princeps malus sit, quàm ea, in qua mali Principis
Consiliarii & ministri. Quod profectò inprimis de Cancellario 10
intelligendum, qui si candidus, fidus & bonus fuerit, ne bos
quidem, uti de vicino bono, antiquissimus Græcorum Poëta-
rum prædicavit, in toto regno perierit. Quid enim? Tametsi
pro Helena sua magis, quàm pro civium vita & salute Agame-
mnon sollicitus fuerit, tamen Nestor unus universæ Græciæ 11
opes consilio conservabit. E contrario verò si idem perversus
& improbus extiterit, Principis quoque animum natura bo-
num in deterius trahet, publicamq́; navim in Syrtes & scopu- 12
los raptam evertet. Quod quidem regnis & Imperiis, maximis-
que Principatibus sæpiùs accidisse, singularum ætatum exem-
plis confirmari potest, passimq́; leguntur gravissimæ pœnæ & 13
supplicia, quæ de id genus hominibus, Sejani illius Tiberiani
similibus, quavis tempestate sumpta, quod infra pluribus de-
monstrabitur. Eò itaque circumspectior & cautior in legendo
Cancellario princeps esto, quò gravius in rei istius errore peri-
culum versatur. Nam quod de Senatoribus indicavit ille apud 14
Tacitum, cùm dixerit, ex iis Imperatorem & Principem quem-
que, qualis sit, cognosci: Illud multò veriùs de Cancellario prę- 15
dicabitur. Ita enim certè est: Ex Cancellario quemq́; suo prin-
cipem cognoveris. Nos itaq́; illum prius & agnitum & cogni-
tum dabimus, quem velimus pulcherrimo Principis speculo

16 dignum haberi. Consistit autem forma ejus partim in externis, partim internis rebus. Illuc corporis & omnes alias fortunæ dotes: huc naturæ habitum, & mores ac studia referas, de quibus singulatim ordine dicere instituemus.

CAP. VI.

Naturæ habitus & constitutio legendi.

AC primùm quidem de interno hominis filo agemus, &
1 quod Pythagoram curiosè observasse etiam in discipulo
Gell.lib.1.c.9. assumendo ajunt, ne operam incassum consumeret, id multò
æquius in Cancellario legendo attendemus, ut qua natura,
2 qua indole, quo ingenio quisque præditus sit, antè perspicia-
mus, quàm ad provinciæ tantæ aditum admittamus. Requiri-
mus enim huic muneri sustinendo ingenium magnum, cui fe-
3 rundo non quævis animi & naturæ constitutio, ut maximè ve-
lit, etiamsi disrumpat sese, esse potest. Cùm enim, uti paulò antè
ex sacris literis ostensum est, idoneus atque utilis Cancellarius
singulare Dei donum existat, datusq; cœlitus esse dicatur, sin-
4 gulari eundem oportet tum cœli indulgentia, tum naturæ
constitutione, fatorumq; benignitate prodire. Quod etiam à
veræ religionis cultu alieni homines animadvertisse videntur.
5 Sunt enim, Tullio testante, nonnulli hoc astro nati, ut iis ad
amplitudinem & gloriam ad res magnas gerendas divinitùs
adjuncta fortuna videatur. Quod vel ex eo perspicuum esse
potest, quòd etiam plurimis in hoc munere versatis, antequam
animum ad studia & disciplinas appulerint, prædictum ab A-
6 strologis fuerit, eos ingenii ac studiorum præstantia ad Cancel-
larii dignitatem perventuros. Ut enim alia vetustiora omit-
tam,

tam, dignissimum ejus rei memoria exemplum in Lamperto *Fran. Hill. in ejus vit.*
Distelmejero habetur, qui omnes ferè superiorum ætatū Can-
cellarios rerum maximarum successu, divinaq; felicitate supe- 7
raverit, proximusq; ad incredibilem Caspari Selicii fortunam
accesserit. Nam, ut in ejus monumento legitur, bona, quæ in *Angel. in Chr. March.*
hoc mundo cara & rara esse putantur, omnia virtute prædica-
tur esse consecutus, honores summos, perpetuum potentum 8
favorem, nominis famam indelebilem, divitias stabiles, conju-
gium felix, florentes liberos, & ex his paternæ dignitatis suc-
cessorem filium. Quod quidem etiam adolescenti, neque quic-
quam de studiis civilibus, eorumq; honoribus cogitanti, præ-
dixisse Melanchthon memoratur, cùm genitura ejus explora- 9
ta, fore aliquando dixisset, ut maximi Principis Cancellarius e-
vaderet, summosq; in eo munere honores & fortunas stabiles
adipisceretur. Atque cùm hoc vir omnium id ætatis doctissi- *Franc. Hild. in v. Lamp. Di.*
mus Astrologicis oculis prævideret, sæpiùs juvenem cohorta-
tus est, ut juris studia, & eloquentiam, in quibus Minervam fe- 10
licissimam haberet, diligenter excoleret. Quæ quidem causa
fuit, quamobrem Theologica facultate, cui unà cum Hebræis
literis aliquot annorum operam navarat, relicta, ad Jurispru- 11
dentiæ cunabula, jam vigesimum ætatis annum egressus, sese
contulerit, & ex eo tempore ad supremum dignitatis literariæ
fastigium felicissimo gradu contenderit. Idem verò Johannem 12
Jovinianum, Astrologorum id ætatis excellentissimum, in Aca-
demia Polonorum Cracoviensi, juveni prædixisse ferunt A-
driano Albino, celeberrimo Neomarchiæ Brandeburgicæ
Cancellario, & quidem Lamperti prioris Præceptori, cùm bo-
nis literis operam danti, thematis, ut vocant, natalitii calcu-
lum exposuisset. Plurimum itaque naturæ felicitatem, ipsumq;
genium in hoc munere valere dicendum est, qui non modò ex 13
cœli siderumq; positu, verùm etiam ex totius corporis com-
plexio-

plexione, naturæque habitu plurimum elucescit. Atqui illud
14 non modò interioris naturæ indagatoribus medicisq;, qui ut
Peuc. de div. gen. de se ipse prædicavit Galenus, φυσικῷ στοχασμῷ, naturali conjectan-
di solertia ac sagacitate præditi sunt, sed etiam mediocri acu-
mine hominibus cognitu proclive esse potest. Ita enim de
Georgio Pontano, Cancellario Electoralis Saxoniæ, rectissimè
judicasse Lutherum in Colloq. conv. accepimus, qui tamen
15 Astrologicis judiciis, & Melanchthoniæ ea de re sententiæ ma-
ximoperè reluctatus esse legitur, cùm diceret, eum ad Cancel-
larii officium fictum & factum ipsius naturæ manu esse videri.
16 Contrà autē multorū tum ad hoc, tum ad alia civilia mu-
nera naturalis quædam ineptitudo habetur, quæ ex totius in-
genii corporisq; habitu apparet. Qua quidē ratione vulgò et-
17 iam à totius curiæ limine rejectū hoc loco volunt hominē na-
Cer. de cons. turâ phlegmaticū, qui indolis & ingenii ad omnia segnioris &
tardioris notatur, quem neq; libri, neq; magistri, neq; longioris
vitæ usus & experientia raritate & magnitudine ingenii affice-
re ea posse videtur, quam muneris tanti gravitas flagitabit. Visi
etenim plures sub hoc onere succubuisse, imò verò illia, quod
18 dicitur, turpiter cum equo isto Horatiano fregisse, qui naturæ
viribus suæ non ante exploratis, humeros suos graviore, quàm
ferre poterant, mole hujus muneris temerè obruerant. Visa
sæpenumerò gravissimarum rerum negotia in medio cursu
hæsisse, & tanquam in Silice, per segnitiem & tarditatem pe-
pendisse. Sed tamen multò plus incommodi atque discriminis
19 evenire solet, in hoc munere ex præcipite celeritate, atque im-
provida festinatione, qua plerunque ingenium Cholericum ad
res agendas rapi, cœcoq; impetu quodam in scopulos deferri
solet. Nec verò plura & majora in Republ. naufragia aliunde
Thuc. lib. 3. magis, quàm ex hujus saxi illisu cōtingere solent, cùm, pruden-
20 tissimo Græcorum historico teste, nihil tam inimicum atq; ad-
versum

versum menti consilioq; existat, quàm celeritas & ira. Accedit
præterea illud, quòd cùm Cancellarii officium, hominē quàm
maximè compositum, sedatum, lenem, benignum, facilem &
aditu & cōventu, dictuq; affabilem requirat; cholerica autem 21
natura iis omnibus affectus moresq; cōtrarios alere soleat, de
qua rectissimè Nazianzenus scripsisse videtur, quòd qui ea
præditus sit, cum spinis semper ritu echini ingrediatur, & in 22
omni negotio acerbitatem animi quandam secum circumferat, etsi res ipsa subinde nihil dispendii & incommoditatis habeat. Ex eo autem, significante Plutarcho, περὶ ὀργ. nasci odia, 23
oriri simultates, proficisci inimicitiæ, & alienationes animorum repullulare consueverunt. Nam & familiæ paulò liberaliori, servoq; atriensi difficilis toleratu asperitas heri cholerica 24
esse videtur, quemadmodum idem ibidem perhibet, nedum in
aulica conversatione, vitæq; civilis curriculo, potissimùm verò in hoc, de quo agimus, munere non odiosissima omnis mo- 25
rositas habeatur. Deniq; verò se ipsa omnis iracundia quàm
facilimo negotio trahit præcipitem, cùm vi caloris nimii superante, ea vel liberiùs à cholerico homine dicantur, vel etiā scribantur, quæ offensionem & iram potentiorū incurrant. Calli- 26
sthenes quidē hoc ingenio in aula Alexandri, cum aliis periit:
periit in Cancellarii Imperialis munere Petrus de Vineis, ho- 27
mo id ætatis eruditissimus; Eidem verò ad iram biliosa natura
maximè proclivi, tum Cæsaris Friderici extremam offensionem, miserrimumq; vitæ finem, furore accersito, attulit. Nec
nostræ memoriæ desunt exempla multorum, qui cùm veritates, ut Gellius *lib. 18. c. 7.* loquitur, fortiter dicerent, neq; respectum haberent μήτε χάριν μήτε μῖσος, diu consistere in aulica di- 28
gnitate non potuerunt. Qua quidem ratione videri homines
phlegmaticos plerunque in officiis & servitiis magnatum diuturniores, scripsit Hannibal Scotus, *lib. 11. in An. Tac.* aulicæ con-

H ditio-

ditionis peritiſſimus, quòd tolerantiores omnium difficulta-
29 tum habeantur, & per eam cauſam omnibus etiam tolerabi-
liores exiſtant. Solent autem ingenioſi utplurimùm ad ſtoma-
chi flammam facilemq; excandeſcentiam eſſe propenſiores, ut
Ariſt. in probl. docuit Philoſophus, & ex eo diſputavit Angelus Politianus ad
30 Laur. Med. Epiſt. iram propterea, quam θυμὸν Græci appella-
runt, quæ facilè effervеſcit, facileq; deferveſcit, optimæ in pue-
ro eſſe argumentum indolis, ac animi generoſi inditium. Nos
verò Morvillerium noſtrum malimus ſine hoc animi vitio mi-
31 noris etiam ingenii eſſe, quàm adeò præcipitem flammâ cum
majore aliquo animi dono conjunctam habere. Nec enim tan-
tum ingenii raritas prodeſſe, quantum inflammati animi in-
temperies nocere poteſt. Exemplo noſter ille eſto apud Comi-
32 næum, *lib. 1. com.* qui vel uno verbo præcipitis caloris impetu e-
miſſo, graviſſimi belli cauſam accendiſſe legitur, quo ferè pul-
33 cherrimum univerſæ Galliæ lilium deflagravit. Quid verò de
iis dicemus, quibus ne frigida quidem affuſa, ſecundum Ariſto-
telis, ac Plutarchi conſilium, mitigare fervorem, pravumque
iſtum animi habitum lenire poteſt, quò minus ob leviſſimas
34 quaſq; res in fermentum & animi vehementiam tam facilè ab-
eant, ut quod de furioſis JCtus Celſus *l. 18. ff. de acq. vel am. poſſeſſ.*
ſcripſit, vix unquam in conſpectu inumbratæ quietis eſſe vi-
deantur? Etſi autem acies & ingenium comitari utplurimùm
35 ſanguinis fervorem bilemq; prædicetur, attamen & calida &
Curt. lib. 4. callida plerunque conſilia inde proficiſcuntur, quæ mutandis
& novandis rebus, quàm gerundis aptiora eſſe videntur. Quo-
circa multi ne quidem Conſiliarium in curiam ad ſe receptum
36 volunt, qui igneo ingenio præditus, naturaq; propterea ſit no-
Hipp. de conſ. vitatis cupidior, atque aſſiduo in motu, & ſi quid auctoritatis
contineat, ipſemet deſtructum illam vehementia ſua cat. Ab
eo enim periculum mutationis, quæ nunquam non Reipubl.

gravis

gravis esse solet, maximè formidandum. Qua quidem de cau- 37
sa in prudentissimè instituto Judæorum Concilio, quod San- 38
hedrim appellabant, etiam publicis legibus cautum fuisse legi- *Sanh. Iud. in*
mus, ne quisquam ad iram natura propensior in Senatorum *Thal.*
numerum coaptaretur. Est autem præterea inter arcana Im-
perii notatum, acutioris atque subtilioris sensus homines ut- 39
plurimùm infeliciùs pejusq; Rempubl. administrasse, quàm *Thucyd. lib. 3.*
eos, qui mediocri ingenio præditi altiùs sapere abstinuerint. *Lips. d. l. 3. c. 4.*
Hos itaque præ illis etiam huic officio adhibendos censent, & 40
lentiores quàm celeriores malunt. Quemadmodum autem
optimo, tum ad animi, tum ad corporis constitutionē tempe-
ramento sanguinei sunt: ita meritò reliquis omnibus tam in 41
aliis Reipubl. muneribus, quæ singulare ingenium & aciem *Fur. Cer. de*
requirūt, quàm in hac Cancellarii dignitate præclarè sustinen- *cons. c. 2.*
da præferuntur. Animadversum enim est eos maximam par-
tem tum ingenio tum memoria plurimum valere, deq; rebus
quàm prudentissimè judicare, præterea eloquentiæ dono na- 42
turali pollere, esse benignos, affabiles, candidos, magnificos, be-
neficos, magnanimos, fortes. Quæ quidem omnia in Cancel-
lario nobis summoperè optanda. Nec alio ferè habitu describi- 43
tur Casparus Sclickius, qui trium ordine successorum, & qui- *Sylv. in Epist.*
dem diversæ familiæ, Imperatorum Cancellarius, majorum *passim.*
nostrorum ætate summa cum admiratione visus. Nam quod
de Catone prædicasse legitur Livius, *dec. 4. lib. 1.* cùm in hæc
verba scripserit: In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut 44
quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus vide-
retur; idem in nostro amamus, & vehementer suspicimus,
quod de Casparo, quem modò nominavimus, etiā exteri scri- 45
ptores celebrarunt, quos inter Bonfinius, erat, inquit, ad omnia *Bonf. li. 3. Dec.*
apposito ingenio, & admirabili prudentia, animiq; sagacitate. *4. hist. Vngar.*
Eodē naturę filo quasi pictus & fictus ad Cancellarii Imperialis

 per-

46 perſonā cum ſumma laude ſuſtinendam legitur fuiſſe Suiche-
Span. in ſp. nob. rus de Mejendorff, ex antiqua Saxoniæ nobilitate eques, qui
hac dignitate & officio in Imperio Henrici III. perfunctus,
quem tum ingenii, tum facundiæ admirabilitas ex Epiſcopatu
47 Bambergenſi ad Romanum Pontificis ſolium evexit, indigniſ-
ſimus profectò, qui invidia Italorum intra novem Pontificia-
lis honoris menſes, veneno ſub hoſtia porrecto, magna cum
clade maximorum animi donorum tolleretur. Sunt præterea
eo naturæ temperamento maximè gratioſi & amabiles, ut non
48 neceſſe habeant, quod olim à Peripati Magiſtro juſſus fuit face-
re Xenocrates, Gratiis eam ob cauſam litare. Noſtrum autem
49 tam amabilem Charitum filium eſſe velimus, ut quod de Hil-
Catal. Epiſc. Wormat. depoldo, Ottonis II. Imper. Cancellario prædicatur, omnibus
Imperii ordinibus quàm maximè dilectus & gratioſus habea-
Xiph. in Tit. v. tur. Velimus eum Titi ingenio eſſe, ut omnibus humanus &
50 affabilis, nemini triſtis atque tetricus appareat. Sed cùm ea in-
Titelm. phyſ. Sylv. Ep. 166. dolis & ingenii præſtantia in pauciſſimis hominibus reperia-
tur, ut cum naturæ conſultis etiam politici ſcribunt, mediocria
quoque ingenia, & alterius temperamenti, quæ haberi ſupe-
51 rioribus proxima poterunt, non prætereunda. Celeres enim
Cic. de or. lib. 1. animi & ingenii motus, qui ad excogitandum, ut Cicero de iis
loquitur, acuti, & ad explicandum ornandumq; ſunt uberes,
& ad memoriam firmi ac diuturni, in cholerica natura ample-
52 ctimur, eiq; frenum Socratis optamus, quo impetum naturæ
& ferventioris ingenii coërcere poſſit. Quod quidem hac ra-
tione fieri poterit, ſi bilioſo apponantur alii, qui naturæ melan-
53 cholicæ fuerint, quorum moderatione illius calor cohibeatur.
Nec alterius tarditatem, qui omnia preſſiùs & lentiùs expen-
54 dat, Fabiiq; ingenium cunctando referat, ſingulaq; diligentius
examinet, conſiliis optimis ferundis non conſultiſſimam eſſe
judicamus, eiq; calcar illud, quod neſcio cui diſcipulorum ad-
hibi-

hibitum expetebat Aristoteles, additum velimus. Ideoq; suadent Cancellario ferventiori, Vicecancellarium vel Consiliarium alterius temperamenti adjungendum, qui, instar frigidæ, *Kecker. syst. pol. lib. 1.*
calorem illius moderetur, & vicissim lentiori, & ad melancholicam, sine qua neminem ingeniosum censebat Plato, propenso, adhibendum alium, qui tarditatem hujus sua agilitate & 55
subtilitate promoveat. Optimum tamē est quemq; sibi ipsum disciplinæ jugum imponere, rationisq; gyro domare vitiosos affectus posse. Quod certè debebat, qui doctrinæ studiorumq; 56
laudem fructumq; assecutus esse videri voluerit, sine quibus ad hoc officium admitti nemo poterit.

CAP. VII.

De literis & doctrinis Cancellario necessariis in genere.

EST enim, ut à naturæ temperamento ad animi ornamentum transeamus, hæc dignitas, quemadmodum suprà ex 1
Cassiodoro ideò appellata, quòd sine literarum adminiculis expediri nullo modo possit. Ut maximè igitur ad alias complures Reipubl. partes, quæ, etsi prudentiam & rerum experientiam requirant, 2
assumi possint homines illiterati atque nudi ac inopes ab iis artibus, quæ in Scholis & Gymnasiis liberalibus addiscuntur, 3
sintq;, animadvertente idipsum Aristotele, in *in Leg. lib. 1. c. 3.*
rebus gerundis plerique scientiarum ignari, doctis expeditiores, quemadmodum illud alibi docuimus, atq; exemplis confirmavimus: attamen in hoc officio non video, quî consistere aliqua cum laude & Reipubl. commodo possit, qui nullam literarum scientiam habeat. Nam & in Principe propterea literarum cognitionem, quæ tamen nulli hominum magis dicitur 4
convenire, teste Vegetio, quàm ipsi, minùs desideramus, quòd 5 *Veg. in proœmil.*

 Can-

6 Cancellarium, qui mens illius est, eruditissimum habeat, cujus
Laur. Luc. art. hist. c. 9. oculo pervidere, animoq; intelligere, quę necesse habet, omnia possit. Eoq; Sylvius spectasse videtur, cùm disputaret, persua-
7 sumq; vellet Septemviris, præstabilius Reipubl. esse Imperato-
8 rem indoctum, rudemq;, quàm literatum creari. Quam tamen
Æn. Sylv. in Europ. c. 57. sententiã nonmodò verbo, sed etiã admirando omnibus ætatibus facto refutavit Ludovicus, Cattorum Princeps, cognomento Mitis, cùm ideò oblatam Imperii coronam Suffragatoribus remitteret, quòd existimaret, Cæsarem sine literarum adjumento, quibus ipse, tutorum negligentia, longè doctissimi Hermanni Principis filius carebat, præesse Reipubl. non posse.
9 Sed tamen sublevabit multum doctrina Consiliarii, inprimis verò excultissimum Cancellarii ingenium, si quid Principi in hac parte deerit. Literæ itaque ad hoc munus ante omnia alia
10 afferendæ, quarum necessaria ratio effecit, ut etiam ad Quæ-
C. de off. Quæst. &c. storis veteris officium, cui Cancellariatus successit, cùm ex nobilitate idoneus, propter studiorum inopiam, haberi non
11 posset, ex plebe sumeretur, qui ingenii & doctrinæ gloria alios anteiret. Quod etiãnũ fieri necesse esse tam in Imperiali, quàm in Electorum, Ducum, Principumque Cancellariis videre est,
12 cùm plerunque plebei, & sine commendatione imaginum, novi homines, raritate ingenii & eruditionis prælucceant, dignitatisq; literariæ fastigium literarum præstantia mereantur, de qua re infra pluribus agetur. Hoc verò loco admonitum
13 cum velimus, qui ad hujus dignitatis & officii altitudinem ingenii sui alas convertere cupiat, ut, quod de Helvidio Prisco
Tac. lib. 4. hist. Tacitus noster memoriæ prodidit, quàm maximè sequatur. Quid autem illud? *Ingenium illustre*, inquit, *altioribus studiis ju-*
14 *venis admodum dedit, non ut plerią, ut nomine magnifico segne otium velaret, sed ut præclarissimum studiorum fructum assequeretur, doctores sapientiæ secutus est.* Compertum enim est tum superioribus, tum

tum nostris seculis, eos ante alios maxima cum laude in hac 15
provincia esse versatos, qui à pueris in literarum & artium o-
ptimarum cultura ætatem suam confecerint, fructumq; tan-
tum fecerint, ut per omnes eruditionis & scientiæ gradus à mi-
nimis ad suprema conscenderint. Possem vel ex Academiæ no-
stræ fastis, & ex libro, quem Decani appellamus, domestica ex- 16
empla proferre eorum, qui hoc ordine institutis studiorum
suorum cursibus, primùm in Philosophia promoti Baccalau-
rei, inde Magistri, ex eo ad facultatis Juridicæ diligentiam pro-
gressi, Licentiati, & tandem Doctoris nomen promeriti, feli-
cissimo absolutæ eruditionis vehiculo, ad Cancellarii dignita-
tem summa cum gloria contenderint. Ex quorũ numero dum
hæc scribebam, mense Martio, anni millesimi, sexcentesimi un-
decimi, Cassellis amisimus Henricum Canisium, admodum se- 17
nem, Solonis annos egressum, & tanquam Appium, decennio
amplius cæcum, qui anno quinquagesimo superioris seculi
Baccalaureus, & paulò pòst eodem anno Magister artium crea-
tus, quo titulo inter Consiliarios Principis cooptatus, & inter
comitiales sessores anno sexagesimo sexto, in urbe Vangionum
fuisse legitur. Inde reversus eodem anno Doctoris insignia as-
sumpsit, & præsente Illustriss. Principe Ludovico, Principis 18
bellicosi Philippi filio, simul Vicecancellarius Illustriss. Wilhel-
mi Principis, in Actu promotionis est declaratus: postea per
multos annos Hassiæ ibidem Cancellarius. Nec aliis doctrina-
rum gradibus ad idem honoris culmen extulit sese hujus suc-
cessor Johannes Antrechtus, quem ex soceri sui Justi Vulteji, 19
viri doctissimi, schola progressum ad summos doctrinæ hono-
res vidimus. Visi autem similibus vestigiis ad eandem dignita-
tem præstantissimi quiq; viri in omnibus ferè regnis & Princi-
patibus quovis ævo pervenisse. Ac infinita quidem foret ora-
tio, si indicem aliquem instituere vellem eorum, qui per Aca- 20
demi-

demicos gradus, tanquam per hederas, quas Plutarchus ſcri-
21 bit humo ſublatas altiſſimis arborum cacuminibus involvi, ad
ſupremam hanc eruditionis dignitatem emerſerint. In mani-
bus publicis verſantur comitialium Decretorum annotatio-
nes, quibus magnus numerus doctiſſimorum virorum conti-
netur, qui intra unius ætatis memoriam Cancellariatu in Ger-
mania apud Principes paſſim perfuncti, ex quibus pauciſſimos
22 invenies, qui Doctoris gradu & titulo caruerint. Etſi autem
Petr. de rem. ut. for. non tantùm intuendus titulus nomenq; ſit, quantum eruditio
& ſcientia, quæ ſibi ipſa ſatis magnæ gloriæ & laudi eſſe poteſt,
23 uti Petrarcha rectè cenſet, neque rarò eveniat, ut, quemadmo-
Cic. li. 3. Ep. 43. dum Romanorum Conſul ad Appium ſcripſit: *Multi etiam*
24 *ſine virtute, inſignia virtutis aſſequantur*; certiſſimo tamen argu-
mento illud eſt, nullam commendationem ad conſequendam
tum Conſiliarii, tum Cancellarii dignitatem & officium majo-
rem eſſe, quàm quæ ex publicis ſtudiorum teſtimoniis, & ex A-
25 cademicis gradibus afferatur. Ex quo quidem illa in multo-
rum Principum curiis antiqua conſuetudo profecta eſſe vide-
26 tur, ut in Conſilium atque Senatum nemo niſi vel nobili gene-
re, vel literata dignitate & doctrinæ gradu præditus ſit, coopte-
tur. Memini equidem de Andrea Pauli, Saxoniæ Electoralis
Conſiliario, mihi à graviſſimo quodam viro, qui ejus collega
fuerat, recitari, etſi ille Auguſto Electori præclariſſimæ erudi-
tionis & prudentiæ civilis nomine commendatiſſimus factus
27 eſſet, ut certè omni prædicatione major erat, noluiſſe tamen
Principem Imperii ſuffragatorem id ætatis auctoritate maxi-
mum, commendatione clariſſimorum hominum acquieſcere,
neque prius Conſiliariorum Collegio virum doctiſſimum ag-
gregare, quàm Doctoris gradum in Academia aſſumpſiſſet.
28 Cui quidem conditioni, ut ille ſatisfaceret, è veſtigio ſeſe Baſi-
leam contuliſſe, tiaram impetraſſe, nomenq; Doctoris Sena-

tui

cui electorali maxima cum laude & gratia intulisse dicitur.
Quod quidem vetustis temporibus etiam nobilissimos homi- 29
nes legimus, ut Cancellarii munus ornarent, fecisse, quò & ma-
jore auctoritate & existimatione illud administrarent. Nam &
Ottonis II. in cancellis Burchardus de Mangenfeld, primaria
nobilitate enituit, de quo suprà etiā locuti, qui Doctoris nomi- *Span in ſt. nob.*
ne in vetustis membranis celebratur. Quis verò Henricum de 30
Clingenberg, nobilissimum virum ignorat, qui Juris Doctor in
Academia promotus, Rudolfi I. Cancellarius, magna cū laude 31
extitit? Eodem gradu Alberti II. Cæsaris Cancellariā, tum &
antiqui generis nobilitatē exornavit Johannes de Eich, quem 32
auream columnam Germaniæ appellatum ab Ænea Sylvio le-
gimus. Quin & ille, quem suprà nominavimus trium Impera-
torum Cancellarium, Casparus Slickius, cujus ex fratre poste- 33
rioritas in Illustri Comitum dignitate etiámnum versatur, Do-
ctorem fuisse promotum, ex Bonfinio accepimus. Superiore *Bonf. d. 4. lib. 5.*
autem ætate Palatinū Cancellariatum illustravit nobilissimus 34
vir Florentinus de Venningen, Doctor & Professor Academiæ
Heidelbergensis, quem eloquentiæ raritas Phœnicis nomine
condecoravit, de quo scriptum reperimus, eum parem omni- 35
bus titulis & honoribus fuisse. Celebratur ea ætate inter Saxo-
niæ Cancellarios, in Alberti Ducis curia Sigismundus Pflugius,
qui itidem nobilitatem literata Doctoris dignitate ornatam 36
dedit, de quo prædicare idem possis, quod de Julio ejusdem fa-
miliæ Erasmus dixisse legitur, cùm scripserit: Pflugii pectus *Eras. in Epist.*
cunctæ eruditionis domicilium haberi. Sed neque domesticis
exemplis ejus ævi caremus. Ex Academię etenim nostrę mem-
branis antiquis proferre possum Petrum de Treisbach, qui 37
ut se ipse in literis manu sua indicavit, Magister artium cùm es-
set, Cancellarius legitur Hassiæ, anno millesimo, quadringen-
tensimo, octogesimo octavo, multis annis ante Ficinum, quem

tamen Decani nostri liber (κατ' ἐξοχὴν puto) primum Hassiæ Cancellarium nominat, paulò verò pòst idem magister, & Cancellarius Proprinceps ad Lanum nostrum constitutus. Quæ quidem omnia eò pertinere velim, ut in solis literis hujus dignita-
38 tis fundamentum positum esse ostendam, neque compendiosiorem viam esse ad hoc fastigium consequendum, quàm si per
Plat. de Rep. omnium artium & doctrinarum gradus enitaris. Quod enim de Minoë fabulantur veteres, eum in Jovis institutione, ut apud Platonem est, per totum novennium versatum esse, ut
39 quibus artibus atque legibus Cretam suam instruere possit, erudiretur: Illud in nostro excolendo in Academia fieri opor-
40 tet, ut ex ea, tanquã ex Minoïs novennio, præclarissimis scientiis ornatissimus revertatur. Illa enim hujus dignitatis nutri-
Sim. Paul. in expl. Cant. Virg. cula est: illa mater, quemadmodum Johannem de Luca Megalopyrgensem Cancellarium prædicare solitum accepimus,
41 cùm diceret, se quidem parentibus & necessariis suis, quòd ad Cancellarii amplitudinem esset à minimo loco evectus, parùm debere, Academiis autem, in quibus esset bonis literis & moribus informatus, secundum Dei gratiam, omne illud beneficiũ, acceptum referre, deq; iis propterea per omnem ætatem vicis-
42 sim, ut par esset, quàm optimè velle mereri. Quod itaque Græcorum veteres de Erichteo, Atheniensium Principe, prædicasse feruntur, cùm cecinerint eum ex Musarum sinu & nutricatu ad Reipubl. gubernationem accessisse: Idem de nostro verissimè celebrari posse velimus, ut è studiorum optimorum cultura, & ex Academiarum luce, si non promotus titulo & nomine Doctor, attamen re ipsa doctus, atq; adeò doctissimus ad hanc dignitatem progrediatur. Quod quidem ita quàm maximè
43 convenire, etiam indoctum nostri populi vulgus intelligit, cui Germanica voce Cantzler dictus esse videtur, per synæresin, quasi gantz gelehrt / quòd nihil esse literarum & artium oportere existi-

existimet, quod Cancellarium fugere debeat. Nec verò Do- 44
ctorum alia sententia esse potest, quàm, ut in quo quasi Palla-
dium quoddam Reipub. collocatum esse oporteat, in eodem
omnem debere Palladem cum omnibus ingenii donis habita-
re censeant, & quod de M. Catone prædicavit Plinius, Cancel- *Plin. lib. 21. c. 2.*
larium omnium bonarum artium Magistrum Doctoremque 45
cognoscant; qui, ut de Joviano Pontano, Siciliæ Cancellario
scriptum est, Musas per omnes numeros exercuerit. Quod ne *Liv. in v. doct.*
Scholastico more Ventuli literis & artibus faciendi gratiâ dice- 46
re videar, speciatim de iis scientiis ordine agemus, quæ huic
muneri rectè expediundo inprimis necessariæ esse existiman-
tur.

CAP. VIII.

De literis Philosophicis.

PRincipiò itaq; veniunt nobis obviam artes Philosophicæ.
Quid verò illæ? Nonne vulgi opinione ad civilium rerum 1
functiones plerunque eò ineptior & inutilior rebus agendis
esse censetur, quò diutiùs magisq; in earum studio quisq; ver-
satus? Nec aliud veterum judicium de Philosophis fuisse vide-
tur. Quid enim ille apud Athenæum in Sophistarum cœna? 2
Heu mihi, inquit, *philosopharis? atqui Philosophi sermone solo sunt*
sapientes, cæteris in rebus esse novi equidem stultissimos. Qua quidem *Ath. li. 3. c. 33.*
de re neq; Platonem hic audiendum esse volunt cum suo Phi-
losopho, quem Rerumpubl. gubernaculo admovendum esse 3
suadet omnibus, qui civitatis salutem & felicitatem expetant.
Monstrant enim nobis tanquam in proscenio veterum Philo-
sophorum familiam, illic quidem in assiduo risu Democritum,
hic contrà in fletu Heraclitum, illic in dolio Diogenem; hic in- 4

ter medias menſas cibi immemorem Carneadem, qui quidem
5 omnes cum illo Gelliano Domitio furere & inſanire magis,
Gell.lib. 11. c. 7. quàm ſapere videantur. Hi verò, inquiunt, egregii Platonicæ
civitatis Principes, hi Reges, quos prius ad Anticyras, quàm ad
Rerumpubl. gubernationes amandari oporteat. Sed ipſe ſibi
verba dant, qui mores hominum doctrinæ imputare conan-
6 tur. Ut enim non omnes æquabili animi morumq; tempera-
Athen.lib.3. mento vinum ferunt; ita neque cuncti Philoſophiam. Socra-
7 tes etſi à veſpera ad matutinam ſtellam convivio operam de-
diſſet; non minus tamen eadem mente compoſitoque geſtu
Plut. in v. Cyr. permanebat: Idem virtutis de ſe ipſe prędicabat Cyrus junior,
8 ſeq; ea re digniorem Imperio, quàm fratrem gubernando eſſe
Herod.lib.4. exiſtimabat. Contrà verò quàm ineptus in Calliſthenis convi-
9 vio Hippoclides, qui etiam nimium deſipiendo ſpem omnem
nuptiarum, quas avide exſpectabat, perdidit. Quid igitur mi-
rum, ſi nimio ſtudiorum æſtu multis idem contingat? Ideóne
Tull.in Tuſ.3. verò Philoſophia, quæ universæ vitæ dux rectiſſimè à Tullio
10 celebratur, à Reipubl. clavo removeatur, quòd multorum mo-
res, qui ejus ſtudiis uſi, imò abuſi, à rerum civilium adminiſtra-
tione alieni eſſe videantur? Minimè: nam & in civili ſtudio e-
11 jusque profeſſione, quæ tamen tam publicos, quàm privatos
mores politiores efficere, frequentiore fori ac curiæ conſue-
tudine judicatur, complures quoque in ventos eſſe ſcripſit Syl-
Sylv.Epiſt.111. vius, qui illis, quos ſuprà oſtendimus, Philoſophis longè etiam
ineptiores, qui, ut de iis idem loquitur, res humanas minùs
quàm capræ norint. Nos verò contra ex Philoſophis nomina-
12 bimus Solonem, reliquosq; Græciæ ſapientes, quos præter u-
Plut.in conv. num omnes Reipubl. moderationi prudentiſſimè præfuiſſe
accepimus. Quorum quidem veſtigiis etiam noſtrum ea ſtudia
13 à prima ætate ingredi velimus, quorum cognitio ad omnes
vitæ civilis partes maximè neceſſaria judicatur. Quid enim? an
ſine

ſine Logico acumine & judicio, quod verum à falſo, tenebras 14
à luce diſtinguit, poſſe Conſiliarii ullius, nedum Cancellarii
munus conſiſtere putabimus? Illa enim facultate, quæ rectè
utendi ratione viam præſcribit, tanquam divino aliquo lumi-
ne, quod omnibus aliis ſcientiis, atq; univerſæ rerum pruden- 15
tiæ facem præfert, quàm maximè præditum eum eſſe oportet,
qui aliis conſilio præire velit. Cancellarium enim Reip. men-
tem non modò appellari, verùm etiam eſſe oportet, quemad- 16
modum propter conſilii & inveniendi & regendi præſtantiam
Trojanorum Mentem appellatum eſſe Æneam legimus. At
mentis acies, quò Logica arte expolitior, eò ad omniũ rerum
perſpicientiam clarior, & perfectior. Inde enim tum rerum fe- 17
liciſſima indagatio & inventio, tum de omnibus negotiis ex-
peditum judicium, &, ut Plato loquitur, τὸ ὑψηλόνουν mentis ſub- Plat. in Phæd.
limitas proficiſcitur, quibus maximè pollere eum oportet, qui 18
in difficilimis Reip. cauſis gubernandis verſatur. Quod quàm
optimè veterum exemplo animadvertiſſe Pericles dicitur, qui 19
cùm ſtudia ſua ad fori & Reipubl. lucem inſtrueret, Zenoni ſe-
ſe Philoſopho in Logicis artibus erudiendũ dedit; ſine quibus,
ut in Platonis Phœdro legitur, omnis progreſſio, tanquã cœci
iter habetur, neque quicquam, ut in Cratylo idem diſputat, re- 20
ctè interrogari, nihil reſponderi rectè poteſt. Quid verò de Pra-
ctica Philoſophia dicemus? Hæc ſcilicet illa eſt, quam Platonis
oraculum intellexit, cùm ſolos Philoſophos clavo aponen-
dos eſſe Reipubl. cenſeret: hæc illa, quam Tullius vitæ ducem 21
exclamavit, quæ teſtante Chryſoſtomo, artem Imperatoriam,
artium omnium maximam, complectitur, ex qua, uti Cicero
teſtatur, Juriſprudentia omnis petita. Antè verò mallem aſino
lyram, quàm hujus Philoſophiæ rudi atq; ignaro homini, Can- 22
cellarii munus mandari. Quod enim Craſſus apud Ciceronem
diſputans, nullum, ait, Oratorem eſſe poſſe, niſi qui hanc Philo-

ſophiæ partem perdiderit, idem de Cancellario noſtro pronunciabis, poſſe enim ne quidem in extrema linea hujus mu-
23 neris conſiſtere, niſi Ethicen & Politicen ſtudioſiſſimè percoluerit. Nec verò quenquam fore arbitror, qui eam ſententiam in dubium vocet. Mittamus itaque illa, quæ ſine controverſia admittuntur, & de iis Philoſophiæ partibus agamus, quæ in contemplatione verſantur. Quis enim ad Euclidis ſcholam,
24 & Archimedis Cylindrum hodie deducendum eſſe ſuadebit eum, qui ad fori & Reipubl. uſum ſtudiorum ſuorum curſum cōverſum habet? At illa verè Regia & Imperatoria ſtudia ſunt,
25 quibus etiā in caſtris, & ſub pellibus Principes veteres incum-
Pl. de Rep lib. 7. bebant. Maximus verò Geometriæ uſus in civilibus munéri-
26 bus, quam ignorare ne militem quidem oportere exiſtimavit
Sylv. in tr. de Inſt. reg. lib. Plato, eamque etiam Regibus percipiendam, Sylvius ſcripſit, cùm utroq; & pacis & belli tempore fructuoſiſſima Reipubl.
27 exiſtat. Nolim verò quicquam diſciplinarum earum & artium incognitum Cancellario noſtro eſſe, quibus vel ipſi Principes
28 imbuti ſint, vel eos par erat imbutos eſſe. Eò autem magis tum Geometricum, tum Arithmeticum ſtudium Cancellario ne-
Bod. de Rep. lib. 6. c. 6. ceſſarium eſt, quò minùs ſine utraque regendæ civitatis, & adminiſtrandæ juſtitiæ ratio intelligi poterit. Ex quo Platoni aſ-
29 ſcribitur, quod dictum eſt, ἀεὶ τὸν θεὸν γεωμετρεῖν, Deū aſſiduò Geometriam exercere. Sed neque aliud ſtudium eſt, quod ingeniū
30 magis acuat, & animi motus celeriores ad percipiendum reddat. Quod itaque majores noſtros in exploranda civilis ingenii
31 acrimonia feciſſe aiunt, teſte Johanne Marcello, cùm aleam ju-
Spang. in Chr. Quæſt. ventuti proponerent, ejuſq; ſolertiam luſu exercitatam, ad alia etiam civilis vitæ munia idoneam & accommodatā haberi
32 judicarent. Illud in politici, & ad doctrinæ cujuſque ſublimioris ſtudia excitati ingenii probatione per Geometricas lineas cylindriq; rationem fieri convenientius noſtris moribus exiſtima-

ſtimamus. Sed & Bartolus Juriſconſultorum vertex, omnibus 33
qui in foro & Repub. gloriam venari velint, ad hanc Matheſeos *Bart. tr. de alv. inv.*
partem diligenter perſequendam incitamento erit, qui huic
ſtudio, quo juriſperitum in civili vita verſantem, commodè carere non poſſe videbat, ſeriùs etiam operam navavit, & uſum ejus ad legum rationes foriq; fructum, editis de eo commentariis, accommodavit. Plurimum verò Cancellario tum ad au- 34
ctoritatem, tum ad gratiam & favorem apud Principem con- *Castell. d. l.*
ciliandum expediet, ſi & architectonicam & mechanicam, quæ Reipubl. maximè neceſſaria, prudentibus conſiliis ex Mathematica doctrina petitis, juvare poterit. Eò verò reſpexiſſe
videtur Sylvius, cùm Marianum Socinum Juriſconſultũ, Can- *Sylv. Epist. 112.*
cellario Imperiali commendatum vellet, ſtudiaq; ejus Reipub. 35
eò præſtabiliora diceret, quòd inſignis Geometer eſſet, neque
Boëtio cederet, in numeris verò Macrobio ſimilis haberetur.
Supputandi verò arte nulla vitæ pars ad acceptorum & ex- 39
penſorum rationem habendam non indiget. Eò tamen exactior ejus ſcientia in Conſiliario & Cancellario requiritur, quò, 40
quæ in controverſiam & judicium deduci ſolent, eiq; committi, ex fiſci & ærarii ratiocinationibus, impeditiora negotia habentur. In naturæ verò domicilio aſſiduè verſari, eamq; igno- 41
rare, homini præſertim literato turpe eſt: *Turpe Conſiliario*, ut *Hip. de cons.*
Hippolytus ea de re diſputavit, *in Regum & Principum aulis verſanti, & cum magnis ſæpe viris congredienti de naturæ rerum cauſis
neſcire loqui.* Turpius animantium genera ac naturas, de quibus 42
non modò in villis & caulis, ſed etiam in aulis crebri ſermones, non exploratas habere. Quæ quidem inſcitia obſcurare non rarò etiam celebrem majorum facultatum ſcientiam ſolet.
Quapropter irriſum legimus, & tanquam ἀκοινώνητον, ac tum ad domeſticam, tum ad publicam rem adminiſtrandam inido-
neum judicatum Plagorenſem, Juriſconſultum longè clariſſi- 44
mum,

Sylv. Epiſt. ad Caſſ. Slec. 112. mum, qui etiam lumen juris dicebatur, quòd, cùm audiſſet in villa ſua ſcrofam undecim fœtus tuliſſe, aſinam verò duntaxat unum pullum ediδiſſe, furti accuſaverit villicum, ratus aſininam fœcunditatem non minorē, quàm porcinam eſſe debere.
45 Plin. lib. 8. c. 51. lib. eod. c. 43. Legum quidem ille libros diligenter volutaverat, Plinium verò attigiſſe non videtur. Ex eo enim diſcere potuiſſet, fuiſſe fœcunditatis numerum ad vicenos uſque eſſe; Aſinam verò raro geminos eniti.

Cap. IX.

De hiſtoria.

Sed ad hiſtoriam progrediamur, cujus cognitio ante omnia
1 Cancellario maximè neceſſaria. Ab ea enim lux omnis prudentiæ, ab ea conſilii & deliberationis publicæ norma; teſte
Ariſt. 1. Rh. c. 8. philoſophorum magiſtro. Nam quid aliud hiſtoria, quàm, ut
2 Polybius teſtatur, παιδία καὶ γυμνασία πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, diſcipli-
Polyb. lib. 1. na & exercitatio ad res civiles? In ea ſiquidem, uti Baſilius pa-
3 ter ad Leonem filium ſuum deſignatum Principem ſcripſit, ſi-
Baſ. παραιν. ne labore reperies, quæ alii magno labore quæſiverunt, hinc honorū virtutes, & improborū vitia perſpicies: hinc vitæ humanæ viciſſitudines, rerumq; converſiones advertes, hinc totius ævi inſtabilitatem, & Imperiorum caſus ac præcipitia cognoſces; & ut verbo complectar, hinc malorum facinorum
4 pœnas & honorum præmia diſces. Legenda autem non modò hiſtoria antiqua, tum Græcorum, tum Romanorum, ſed etiam noſtrorum temporum res geſtæ cognoſcendæ. Cognoſcenda
5 inprimis diligenter regni & Principatus atque Reipubl. acta omnia, cui operā tuam & ſtudiū navare velis. Non modò autē
6 turpe eſt Conſiliario, eoq; magis Cancellario, ejus familiæ, cujus à conſilio & officio eſt, Genealogiam & rerum earum, quæ illam

illam attinent, feriem ignorare, fed etiam illud cum magno in-
commodo & detrimento publico conjunctum. Quid enim?
an non ejus rei incuria & infcitia avitis temporibus inter Po- 7
meranicam domũ, & Brandeburgicam exarfit graviffimi belli
incendium, cùm Ottone III. Duce Stetinenfi, adolefcente in- *Chyt. in Vand.*
ter homines effe defito, agnata Wolgaftenfium Ducum fuper-
ftitum linea proximitatis gradum, ordine ftirpis parum accu- 8
ratè annotato, fatis liquidò demonftrare non poffet? cui quidē
flagrantiffimo malo facilè anfa præcidi potuiffet, fi, quod poft-
ea à nobiliffimo & doctiffimo viro, Valentino ab Eichfted, 9
Cancellario Ducis Philippi Pomeraniæ factum effe, ex Vanda- *Chyt. d. loc.*
lia Chytræi cognofcimus, integra Ducum Pomeraniæ genea-
logia ex archivis & literis fundationum, & divifionis ditionum
aliarumq; tranfactionum hereditariarum, diligentiffimè inve-
ftigata eo tempore fuiffet. De qua veteris ætatis negligentia, à *Phil. 2. Dux*
qua tenebræ maximæ in occultatis fortiffimorum Principum *Pom. in Epist. ad Chyt.*
rebus geftis profectæ, meritò conqueftus effe Princeps Phi-
lippus II. Pomeraniæ Dux, in Epiftola, quam ad Præcepto- 10
rem noftrum hiftoricum ex aula Bardenfi dedit, cognofcitur.
Atqui illud inter alia ad Cancellarii induftriā pertinet, ut, quæ
in tabulariis atq; archivis Principum, tanquam Colchica vel-
lera latefcant, literas & monumenta, quę tum ad antiquitatem 11
& gloriam generis, tum ad rerum veterum cognitionem, ad
fœderum, & tranfactionum, aliorumq; negotiorum rationes
referantur, ftudiofiffimè indagata, & eruta, atque in promptu,
fi illis opus fit, habeantur. Nam quid ex ejus rei indiligentia in-
commodi proficifcatur, fæpiùs in graviffimis Principum con- 12
troverfiis animadverfum fuit, cùm feriùs, & quidem poft fe- *Sleid. in hist. Ger.*
ftum, quod dicitur, ventum & inquifitum in ea negotia effet, *Alb. in Ch. Mis.*
de quibus tamen tum domeftici, tum externi hiftorici jam diu *l. pupillus 24. ff.*
fcripferant. Solet autem vulgò in eos, qui poft feftum veniant, *quæ in fr. cred.*

K obvium

obvium esse illud, quod Scævola in legibus dictum reliquit, *ju-*
13 *ra vigilantibus esse scripta*. Quod quidem non sine rubore ali-
quo audiri ab eo poterit, cujus vigilantiæ rerum istarum cura
l.1.§ 5.ff. de post. omnis commissa erit. Quis itaque non dicet multò satiùs esse
l.2.§.6 ff. de orig. cœcum Appium in judiciis & publicis consiliis versari, quàm
14 historica cognitione, ejusq; studio destitutum Cancellarium
constitui? Suffusione enim oculorum & cataracta laborantes
vidimus in hoc officio, complures per annos, quàm optimè ad
admirationem omnium constitisse, quod itidem de Hadriano
15 Albino, Brandeburgico Cancellario, cujus jam antè mentionē
Hildesh. in vit. ejus. fecimus, prædicavit Franciscus Hildesheimius archiater. Etsi
enim ille per aliquot annos cœcitate laboraret, tamen proprio
& unico mentis oculo, atque rerum maximarum intellectu,
ad extremum usque spiritum ad omnia officii negotia valebat.
Ludov. Carr. schol. in Sal. li. 1. Verùm qua ratione, ille, qui historiæ, quæ omnium disciplina-
rum magistra rectissimè appellatur, rudis & ignarus est, civili
16 huic muneri dignè præesse possit, omninò non video. Etsi au-
tem aliis facultatibus & literis interioribus instructus sis, ve-
rendum tamen est, ne, si his studiis, quæ maximè in ora & ocu-
17 los hominum incurrunt, careas, idem tibi accidat, quod de
quodam in conventu Ratisbonensi vulgò dici memini, ut non
tam Cantzler vernaculo sermone, quàm Gantz lehr/ hoc est, totus
vacuus & inanis appelleris. Quod quidem Morvillerio nostro
18 dictum volumus, quem non modò in omnibus historicorum
libris volutatissimum, atque ex studiis istis prudentissimum,
verùm etiam ipsum scriptorem historiarum esse exoptamus.
19 Ita enim olim Paulus Diaconus, Longobardorum Regis Can-
cellarius: ita Eginardus, Caroli Magni Protonotarius, de poste-
ritate optimè meriti. Quis enim meliùs atque veriùs hoc ge-
20 nere scribat, quàm ille, qui exactiorē rerum scientiam ex Prin-
cipum archivis & scriniis publicis, cui præpositus est, habere
potest?

poteſt? Sic enim hujus officii ope, & opera fructuoſa hiſtoriæ
Romanæ Epitomen uſque ad Tiberii Imperat. annum 16. pu- 21
riſſimo ac ſuaviſſimo orationis genere deſcriptam à Vellejo
Paterculo habemus, qui literariæ dignitatis Quæſtor, & Can-
didatus Principis, de quo ſuprà egimus, ſub Tiberio floruit. In
eodem munere poſtea verſatus, imperante Adriano, Sueto-
nius, cujus magiſter Epiſtolarum fuit, duodecim priorum Cæ- 22
ſarum vitas in lucem hiſtoricam emiſit. Eoſdem longè pòſt ſtu-
dioſiſſimè ſecutus Procopius Cæſarienſis ex Palæſtina ortus, 23
qui, cùm Juſtiniani Cæſaris Cancellarius, ut eum Chytræus
appellavit, & omnium ejus expeditionum comes, ſociusque
conſiliorum fuiſſet, ſeptem libris bella Juſtinianeis auſpiciis
geſta cum Perſis, cum Vandalis, cum Gothis luculenter expo-
ſita poſteritati mandavit. Eidem ſtudio in eodem officio & di- 24
gnitate incubuit Luitprandus Ticinenſis, qui Berengarii II.
Regis Italiæ intimus, ac primus Secretarius, res præcipuas in
omnibus Europæ regnis ætate ſua geſtas, quibus ipſe maximā
partem interfuit, libris ſex comprehendit, atque ad Ottonem
I. Imp. in Germaniā, pulſo ex Italia rege, profectus ad Mœnum 25
noſtrum Francofurti opus hiſtoricum elaboravit, quemadmo-
dum ipſe Luitprandus *in proœm. lib. 3. & lib. 5. c. 17.* de ſeſe, & alibi
teſtatur. Quorum gloriam imitatus Illuſtriſſimo Ducum Au-
ſtriæ ſang[illegible]natus, S. Leopoldi filius, Otho Epiſcopus Friſin- 26
genſis, ſi[illegible]q; Cunradi III. Imp. uterini fratris Cancellarius, *Münſt. in Coſm.*
ab orbe condito uſque ad ætatem ſuam pertexuit hiſtoriam, *Mut. Caſt. l. 4.*
belliſq; omnibus interfuit, quæ cum Saracenis & Turcis fra- *de Prin. Ger. virt. c. 2.*
ternis armis geſta, cujus expeditiones conſilio & literis juvit.
Verùm quod multò magis admireris, ille, quem ſuprà non ſe- *Sylv. in Auſt. hiſt.*
mel nominavimus, Chriſtianus Cancellarius imperialis, & an-
tiſtes Moguntinenſis, inter tot bellorum ſtrepitus, equorumq;
hinnitus, tot, ut audiſtis, inter impedimenta, cùm Martis po- 27

 tiùs,

Crant. in Met. d. x. tiùs, quàm Melpomenes pullus videretur, non tamen oblitus esse harum partium animadvertitur, quò minùs vitam Friderici Imperatoris, ejusq; res gestas historico calamo depictas dederit. Quid ergo mirum veterem historiam omnem palmam,
28 tum nostris temporibus, tum superiori Patrum ætate præripuisse? Cùm non nisi summa prudentia, rerumq; maximarum scientia atque usu exercitatissimi viri, Imperatorum, Regum, ac Principum Consiliarii, & potissimè Cancellarii, historias earum rerum, quas ipsi manu, pedibus, ac oculis, omnibusq; sensibus usurparunt, monumentis literarum proderent. Quid ve-
29 rò posteriora secula? Squalor, & barbaries, Politicorum judi-
Lips. in Not. lib. 1 pol. c. 9. cio. Quid ita? Scripsere imperiti monachi, de rebus, quas ne febrientes quidem unquam somniaverant, scripsere sine judicio
30 civili, sine omni experientia. Nunc verò dixeris ad triarios rem pervenisse, cùm pro Consiliariis, & Cancellariis, qui publico-
31 rum negotiorum tractationi interesse & præesse solent, non modò doctiores Theologi historici, exemplo Philippi, & Chytræi nostri, verùm etiam Pastores pagani, nedum Superintendentes passim in oppidis, ubi celebrior novitatum portus, magno numero Diaria, Annales, Chronica, Relationes commententur. Quin verò, quod magna admiratione dignum, qui ex-
32 tra mundum vivere prædicantur, ac in latebris Carthusianis, longèq; altiore silentio, quàm veteris Pythagor[illegible] [illegible]ubernales, omnem ætatem transmittunt, de totius [illegible]rrarum orbis negotiis, regumq; rebus, & bellis, imò de belluis, quas so-
33 li Antipodes norunt, historias conficiunt, & de singulis rebus tam accuratè scribunt, ac si universam Ovidianæ famæ domũ
Lips. in d. Not. domi suæ complectantur, ut exclamare jure cum Lipsio possis: nostro ævo videtur historia se commovisse. Sed tamen & Patrum ac majorum ætate hujus studii se è Germania nonnulli Cancellarii admonuisse videntur, ex quibus suprà nomina-

tum

tum Henricum de Clingenberg, Rudolfi I. Cancellarium, non 34
possum, quin rursum honoris gratia nominem. Nam & ille re-
liquit nobis veterum Comitum Habsburgensium res gestas
Chronico comprehensas, quod successivis horis, ex literis &
annalibus antiquis concinaverat. Præterea in manibus omniũ
est Johannis Naucleri, Cancellarii & Præpositi Tubingensis 35
Chronicon. Et eodem studio, quo Regum suorum Neapolita-
norum res gestas Hetrusco sermone Collenutius olim conscri-
ptas dedit, comprehendit Hennebergensium Principum ge-
nealogiam, & memorabiliora rerum acta Sebastianus Glase- 36
rus, Georgii Ernesti, Principis Hennebergici, in quo familia an-
tiquissima exspiravit, Cancellarius, uti in indice comitiali, sub
anno 1566. Augustæ idem nominatus, cujus etiam opusculo
(manuscriptum habemus) Cyriacus Spangenberger, ut ipse
fatetur, ad Chronicon Hennebergense edendum postea usus. 37
Sed neque quorundam Consiliariorum, tum Imperialium,
tum Principalium opera & studium silentio prætereundum, 38
ad quos æque atque ad Cancellarios, hujus rei gloria pertinet.
Ita enim Johanni Cuspiniano, professione Medico, qui, ut ipse
se indicavit Jacobo de Bannisiis, etiam à consiliis politicis Ma- 39
ximiliani I. fuit, ejusq; Orator, Augustale opus de Cæsaribus
Romanis acceptum ferimus. Et Bavaricam historicam à Wi- 40
gulæo Hund, Badensi Consiliario, qui inter nomina comitialia,
sub anno 70. Spiræ legendus, descriptam habemus. Idem no-
bis Catalogos Episcoporum Salisburgensium, Ratisbonen-
sium, Pataviensium, Frisingensium & Prixiensium Latinè edi-
dit. Idem studium dignissimè prædicavit in Caspare de Nid- Laz. in præf. mig. gent.
bruch, Consiliario Cæsareo, Lazius, quem plurima opera & 41
sumptu Centurias Ecclesiasticæ Historiæ adjuvisse scribunt. Et
in lucem prodiere superioribus annis aliquot Centuriæ me- 42
morabilium rerum, quas Joh. Wolfius, Consiliarius Palatinus

Neopyrgic s posteritati commendavit. Macte verò singulari merito M... m Freherum, Electoralem Palatinum Consilia-
43 rium jubemus esse, qui hanc provinciam mirificè nobis exornatam dedit. Cujus quidem exemplo, si, qui per singulas nationes eruditi homines sunt, in hoc incumberent, ut suæ gentis
44 originem, auctum & incrementa atque antiquas historias eruerent, claritudo profectò ea Germaniæ nostræ, testante Althamero, oboriretur, quam neq; Græci, neque Romani in suis rebus haberent. Sed satis de historia, cujus scientia, tanquam maximè necessaria suppellectile, instructum Cancellarium oportere esse perspicitur, ut, quod Jacobo de Cicewitz, Philippi Pomeraniæ Ducis Cancellario, gloriosè accinuerunt his versiculis:

And. Altham. in Tac. de morib. Germ.

Quem non nulla latent legum monumenta bonarum,
Nec series veteris quem fugit historiæ.

Cyr. de Nob. d. lib. 4. 55.

de nullo non in eadem dignitate versante, rectissimè prædicari debeat.

Cap. X.

De Poëticis literis.

1 Quid autem de poësi dicemus, quæ historiæ affinis, & ad eundem finem prudentiæ civilis tendit: Imò verò, Aristotele, *de poet. c. 9.* judice, sapientior & præstantior
2 est quàm historia; hæc enim quid factum sit, singulariter exponit, illa quid fieri debeat & possit, universè proponit. Notum præterea Platonis divini judicium de Poëtis, qui eos modò
3 πατέρας κ) ἡγεμόνας τῆς σοφίας, patres & duces sapientiæ, modò τῆς φρο-
4 νήσεως κ) ἀρετῶν γεννήτορας, prudentiæ & virtutum genitores appellavit. Notum præterea omnibus Jurisprudentię studiosis, quid Justinianus Imp. de Homero, Poëtarum fonte, scripserit, cùm illum

Tilem. disp. phil. 6. ult.

de concept. ff. §. ult.

illum patrem omnis virtutis nominaverit. Sed neque prætereunda omnium bonarum artium, ut de Catone prædicavit Plinius *lib. 22. c. 2.* magistri Melanchthonis sententia, censentis neminem sine poëticis literis in literatorum numero consistere 5
posse. Et certè ἄμουσος meritò haberi poterit, Musarumq; & Gratiarum omnium expers, qui hanc pulcherrimam disciplinarum partem non attigerit, quæ, ut Erasmus de ea dicere solitus 6
fuit, ex omnium artium & scientiarum delitiis ac medullis suavissimum libum ac placenta existit. Hoc itaque divino ingenii 7
ornamento, neque nostrum carere velimus, ne cum Themistocle ob recusatam lyram indoctior videri possit. Sed & exempla 8
clarissima multorum Cancellariorum nostrum ad idem studii invitabunt, qui etiam inter gravissimas Reipubl. occupationes 9
Musarum otia, carminisque non modò legendi, verùm etiam scribendi studium, nunquam neglexêre. Quot enim numerare tibi potero ex hac dignitate, qui fuerint, quod de Cotta Jurisconsulto Naso noster prædicatum reliquit: *Pieridum numen præ-* 10
sidiumq; fori? Quæ quidem duo maximarum scientiarum præconia, quàm pulcherrima esse, & summa cum laude & gloria 11
simul sustineri ab excellente ingenio posse, pervenusto carmine ad Nicolaum Reusnerum, Cancellarius Saxoniæ Electoralis, David Pfeifer, nostra memoria docuit, cujus quidem alia permulta doctissima carminum opera Cancellariatum ejus non minore doctrinæ & ingenii admiratione extollunt, quàm 12
Hospitalis, regii in Gallia Cancellarii, dignitatem Musæ doctissimæ illustrarunt. Quis verò Musas & carmina Mori Angliæ Cancellarii non legit, quis ingenium his studiis excultissimum non cognovit? Quin & pluribus accepimus poëtici ingenii felicitatem, carminisq; scribendi gloriam primum iter, tum ad 13
hoc, tum ad alia civilia munera, summosq; honores & dignitates aperuisse. Quod quidem nunquam obscurè præ se tulit Sylvius,

D. Pfeif. in [illegible] ad Nic. Reus præfix. p. 4. oper. Anag.

14 vius, qui Musarum commendatione, tanquam Pegasi ala, ad Secretarii Imperialis, & Cancellarii munus, & ex eo ad summa Ecclesiæ fastigia conscendit, nec Poëtæ titulum, quamdiu in Imperiali officio ac dignitate versatus est, unquã exuit, quemadmodum ipse ad Petrum Noxetanum, Protonotarium Pontificis Rom. scripsisse legitur. Memini equidem mihi idem de versibus suis prædicare Joh. Wolfgangum Freimonium, Can-
15 cellarium aulæ Imperialis, cùm in Ratisbonensi conventu eo tempore, quo invictissimus Rom. Imperator Rudolfus, augustæ mem. Musis meis laureã cum insignibus imponeret, inter alia quæ familiariter, vir ut doctissimus, ita humanissimus mecum loquebatur, diceret, se iis studiis, quorum ego præmium ab Augusto consecutus essem, omnes honores & dignitates, eumq; ipsum locum & fortunam, in qua tum longè amplissima versabatur, jure acceptam referre. Erat autem ille Cancellarius tum in prosa, tum ligata oratione facundissimus, ut cui-
16 vis etiam expeditissimo respondere ex tempore in utroq; genere posset. Nec verò tam sublimi literariæ dignitatis fastigio
17 digniores esse videntur, quàm qui cum Regis Neapolitani Cancellario Joviano Pontano, quod suprà etiam recitavimus, literas & Musas per omnes numeros exercuerint. In manibus doctorum versantur Joachimi Mynseri poëmata, quæ Au-
18 striadum de Caroli V. Imper. maioribus inscripta, & Neccaridum, in laudem Philippi Palatini Comitis: extant ejusdem Hymni, Epigrammata, elegiæ, quibus ingenii ad omnia majora nati, gloriam assecutus, studiorum eorundem commendationem ad Cancellarii munus & honorem attulit. Inter Megapo-
19 litanos verò cancellarios celebris est Husanus, cujus elegantissima carmina, quæ in officio suo inter fluctus negotiorum exaravit, magna cum jucunditate leguntur. Legitur ejus Cygnæũ carmen, quod in lectulo jamjam receptui canturus vitę & officio

Meib. de vit. Mynſ.

Hen. Pet. de vit. priv.

cio suo recitavit. Suprà autem mentionem fecimus Johannis 20 Ficini, Hassiæ Cancellarii, optimè de hac nostra Academia meriti, quem, ut in aliis omnis eruditionis, humanitatisq; partibus excultissimũ cognovimus, ita neq; in hac doctrinę elegantia non exercitatũ fuisse, indicare nobis aliquot versus videntur, quos etiam in vehiculo inter eundum lusisse, ex tempore memoratur; ex quibus illud distichon etiámnum circumfertur:

Dum studiosa cohors, & rasi forcipe fratres,
Ingrediuntur iter, concipit iris aquas.

Quam quidem avitam eadem arte exercendi in itinere ingenii rationẽ, tu quoq;, amplissime Cancellarie, Reinharde Schefere, feliciter tenere videris, qui nunc temporis patris tibi cognominis, & avi tui materni Ficini in Cancellariatu, ut in maxima omni virtute, felicissimè successisti. Nec enim sine singulari voluptate hoc loco recordari ante aliquot annos possum, cùm fortè comes tui itineris essem, quanta ditissimæ venæ promptitudine carmina carminibus reponeres, cùm totos ferè soles, ut ille loquitur, cantando uterque componeremus. Sunt etenim eam etiam ob causam Musarum studia viro politico, & in maximis negotiis quotidie versanti non deserenda, quòd laxamentum aliquod animo seriis occupationibus defatigato afferre soleant, sintque ex earum disciplinarum genere, quæ quàm suavissimè nobiscum peregrinentur, rusticentur. Vidi equidem Sigefridum Clotzium, clarissimum duorum Principum Hassiæ Cancellarium, in comitiis Ratisbonensibus animi liberalissimè reficiendi gratia, versus pangere, mutuisq; carminum scriptionibus, tanquam amœbęis, cum nobilissimo viro, Casparo de Fürstenberg, amicissimè certare. Vidi Imperialem Cancellarium Freimonium, inter medios comitialium negotiorum æstus Lotichiana carmina in lectulo lectitare, ut

[Margin numbers: 21 beside "nii rationẽ…Reinharde Schefere" line; 22 beside "quòd laxamentum" line; 23 beside "Principum Hassiæ" line; 24 beside "viro, Casparo" line]

Musarum suavitate animum refocillaret. Sed quid pluribus hanc rem ago? Infinita foret oratio, si singulos hoc loco adducere velim, qui quòd amplissimum virum, Marcum Gerstenbergerum, Saxoniæ Cancellarium, & Consiliarium intimum Electoralem etiámnum gloriosissimè factitare videmus, Musas & Gratias cum aulicis & forensibus studiis conjunctas
25 excoluere, & in mediis cancellis literatissimum Heliconem constituerunt. Nec enim liberalis & ingenuæ doctrinæ index certior, quàm hujus studii amor. Audiat noster, & sequatur: imò audiat magnum Scaligerum, ducum & regum sanguine majo-
26 rum natum. Quid verò ille? Mavult optimi carminis auctor, quàm Tarraconensium rex haberi. At tu qui literatæ dignitatis locum obtines, fac locum aliquem apud te, principes literarum, Musæ inveniant: tu illis, illæ vicissim honoribus tuis honori & ornamento erunt. Alent præterea illæ, quæ Cancellario inprimis assiduò excolenda, eloquentiæ fontem.

CAP. XI.

De eloquentia, & linguarum studio.

1 LInguam enim Cancellarii tam exercitatam esse omni flumine, gratiaq; sermonum oportet, quàm proprium huic muneri præ omnibus aliis in publico loqui & orare. Quod enim in nostræ Academiæ statutis de Procancellario legitur, cùm scriptum sit eum Universitatis Os esse debere: Idem de omnibus Regum & Principum Cancellariis dictū esse intelligimus. Qua quidem de causa disertitudo & eloquentia inpri-
2 mis ad hoc officium requiritur, plurimumq;, ut olim Cyneas, ejus beneficio ad hanc dignitatem pervenerunt, semperq; facundiæ præstantia præ omnibus aliis artibus & facultatibus in
3 hoc munere primas tulit. Idq; ita fieri prudentiæ singularis esse censet

censet Æneas Sylvius, eamq; tum multis de rebus commen- 3
dandam esse scribit in Florentinorum Republ. tum verò ma- *Sylv. in Eur. p.*
ximè, quòd in legendis Cancellariis non tam juris scientiam, *c. 54.*
ut pleræq; civitates, quàm oratoriam spectent, & quæ vocant 4
humanitatis studia. Quod quidem quàm optimè evenisse ei
civitati dicitur. Nam quod Pyrrhus, Epirotarum Rex, quon- 5
dam de suo Cynea prædicasse memoratur, cùm diceret, se plu- *Plut. in Pyr.*
res urbes & nationes illius eloquentia, quàm exercituum &
armorum vi occupatas habere; idem Galeatius dux Medio-
lensium, cùm gravissimum bellum Florentinis inferret, hostis 6
de hostium Cancellario Pandulpho Colenutio, disertissimo vi-
ro, crebris sermonibus usurpasse legitur, atq; ingenuè affirmas-
se, non mille Florentinorum equites tanto sibi detrimento &
fraudi fuisse, quantum unius Collenutii scripta nocuissent.
Maximus igitur in omni civilis vitæ parte eloquentiæ fructus; 7
sed in hoc munere longè amplissimus, & ante omnia alia tum
domi, tum foris necessarius usus. Nam si veteres in Ennio poë-
ta admirati illud fuisse dicuntur, cùm tria corda eum habere 8
prædicarent, quòd tribus linguis loqui didicisset. Eò profectò
admirabiliorem sese omnibus Cancellarius plurimarū lingua-
rum eloquio faciet, quò ille officio, quàm poëta, graviori, & ad
diversarum nationum ac gentium commercia paratiori, præ-
ponatur. Hanc verò multarum linguarum peritiam atque fa- 9
cundiam in Cancellario suo etiam majorum ætate, maximè
Imperatoris nostri quæsiverunt, estque inter alios celebris ea
gloria Christianus, Friderici I. Cancellarius, cujs suprà mentio- 10
nem fecimus, quem ad hanc dignitatem octo linguarum fa-
cundia potissimùm cōmendavit. Præter vernaculam enim, in
qua disertissimmus fuisse memoratur, ex Thuringia ortus, tum *Ab. Stad. in*
Latinam, tum Italicam, tum Gallicam, tum Græcam, tum Apu- *Chr. sub an.*
licam, tum Lombardicam, tum Brabanticam, expeditè calluis- *1172.*

Crant. metr. lib.6.c.49. se, iisq; non aliter ac sua usus esse scribitur. Insigne veteris æ-
tatis exemplum: quod nostro seculo imitationis facem meritò
Aur. B.c.ult. admovere debeat. Nam cùm etiam Imperii lex ab Electorum
11 Principum liberis, qui ad spem trabeæ, & dignitatis paternæ
adolescunt, plures quàm maternum sermonem requirat, eru-
bescere oportebit Cancellarium, si infantiam exterarum lin-
guarum afferat ad hoc officium, in quo publicus quasi Mercu-
rius Principatus ac Imperii Suadæq; communis comitium si-
tum est. Student quidem plerique, & perquàm rectè, vernacu-
12 la eloquentia excellere, stylumq; fori diligenter persequi, mul-
tisq; ea industria ad Cancellarii dignitatem gradum primum
l.2.ff.de orig.j. aperuit: sed non tanto pudori olim Sulpitio illud fuisse existi-
13 mandũ est, quod ei à Jurisconsulto Mutio exprobabatur, cùm
diceret, turpe esse viro patritio jus, in quo versetur, ignorare:
quantum ruboris Cancellario ex eo obveniat, si in Latinè di-
cendi facultate minùs, quàm oporteat, exercitatus deprehen-
14 datur. Quod quidem reprehensum olim in Principibus Impe-
rii à Sigismundo Cæsare ferunt, cùm nemo ex illis in conventu
15 publico haberetur, qui exterorum legatis Latinè peroranti-
bus, eodem sermonis genere respondere posset; Quid verò de
Cancellario dicemus, qui totius vitæ suæ tabernaculum in stu-
16 diis liberalibus, & in optimè dicendi ratione collocatum ha-
bere debeat, si in qua amplissimum longi laboris præmium
positum esse, Fabius rectissimè scripsit, Latinè ex tempore di-
17 cendi facultate destituatur? Verùm ita vulgò fieri solet, ut
quemadmodum in Legato nostro pluribus ea de re conquesti
sumus, hodiernę juventutis cursus, quem in addiscendis literis
18 & linguis tenent, perperam plerumque instituatur, cùm Latini
sermonis, quem maximè & ante omnia alia studia eos callere
oportebat, cultura neglecta, solius Gallicæ aut Italicæ linguæ
gloriam consectentur, non secus ac si ille, quem Plato nobis
nomi-

nominavit, Philosophus, ejusq; in Repub. gubernanda divina 19
felicitas, in isto utriusque gentis ore solùm contineatur. Quis
verò non rideat eorum sententiam, qui existimant, tantum ci-
vile & politicum, ut loquuntur, esse Gallicè loqui, Italicè scri-
bere, Hispanicè dicere; Latinam verò aut Græcam linguam so- 20
lis Academiis & hominibus de schola relinquendam? Audiant
illi velim, quod de auctore nostro Cominæo scriptum est, qui
etsi Gallicam, Italicam, Germanicam, & Hispanicam linguam 21
sciret, per omnem tamen ætatem doluisse fertur, quòd Lati-
nam linguam non didicisset, eamq; infelicitatem suam sæpissi-
mè deplorasse. Se verò ipsi odisse videntur, qui, ut cum exteris 22
sermonem conferre discant, cum matre & gente sua colloqui
de industria dediscunt. Aliter sese noster ad eloquentiam mu-
neri huic necessariam instruat. Quomodo verò? ornatum ver-
naculi sermonis, tum in scribendo, tum loquendo studiosè se-
quatur, inq; eo linguam ita exerceat, ut fluminis instar suavitas 23
gravitate condita orationis maneat. Nam quod de Julio Cæsare
scribunt, cujus imitationem autor noster Cominæus felicissi-
mè secutus esse perhibetur, cùm septenas literas diversissimi
argumenti simul & semel alias exararet, alias dictaret: Idem 24
noster crebra & diligenti exercitatione assequetur. Qua qui-
dem facultate nihil Reipubl. poterit esse domi fructuosius, ni-
hil ad existimationem & auctoritatem apud Principes cun-
ctosque homines retinendam Cancellario præclarius. Maxi-
mum enim ornamentum Reipub. eloquentia, etiam in Philo-
sophis, uti Plato scripsit, nedum in Principibus, & iis, qui
Principum ore funguntur. Quemadmodum ex Imperii Pri- 25
matibus summam sui admirationem Patrum nostrorum me- Sab. in princip.
moria, in Imperii conciliis Germanicis sermonis facundia ex-
citasse dicitur Joachimus I. Brandeburgensis Marchio & Ele-
ctor, tanta suavitate & gravitate, ut Cicero Germanorum fue-

Cast. lib. 3. de rit appellatus. Sed neque duntaxat sermone patrio, verùm et-
princ. Ger. virt. iam Latino disertus fuisse à Sabino nostro canitur. Quæ verò
26 appellatio Cancellarii propria esse videtur, eâ olim insignitum
Bertholdum ejus nominis, in Hennebergica illustri familia X.
Span. in Chr. Henn. accepimus, cùm Orator Imperii nominaretur, quòd in utroq;
sermone eloquentissimus Imp. Henrici VII. ætate haberetur,
à quo in Principum fastigia evectus. Multò verò magis Can-
cellarius eò totus incumbet, ut eloquentiæ laudem, si non in
27 pluribus, in ea tamen maximè lingua, quæ Reipub. majori usui
est, qualis cujusque vernacula, & qua veluti nativa totus Chri-
Albert. Gent. de act. fab. c. 16. stianus orbis, testante Gentili, hodie utitur, Latina consequa-
tur. Quod enim patrum nostrorum memoria de Wolfgango
28 Bockio, nobilissimo viro, Cancellario Friderici Lignicensis
Span. par. 2. Spec. nob. lib. 11. Ducis, vulgò prædicabant, cùm eum Silesiorum Periclem, ob
admirabilem eloquentiam nominarent, illud de nostro etiam,
in quo exemplum omnium adumbratum volumus, quàm ve-
rissimè dici posse optamus, idemq; laudis ab omnibus eidem
tribui, ut quod, de Jurisconsulto meritissimo Matthæo Wesen-
29 becio, totius Academiæ Jenensis sententia ac voce scriptum
legimus, eximia rerum prudentia, cum dicendi gravitate atq;
ornatu conjuncta, rectissimè in eo commendetur. Quid verò
Lun. C. de pri. ur. const. de Græca lingua judicamus? Nec illa extra Romani Impe-
rii forum olim habita, sed in Senatum & tribunalia vetera re-
30 cepta: ideoq; dignissima, quæ ab iis, qui in muneribus Imperii
versantur, perdiscatur. Etsi autem veteri Germanorum Impe-
rio, cùm Imperium Constantinopolitanum etiámnum hac lin-
gua floreret, major ejus usus haberetur, in legationibus & aliis
31 cum Oriente commerciis, essetq; instituto Caroli nostri Ma-
Crant. in metr. gni in certis Germaniæ scholis, ejus exercitatio ad eum finem
præscripta & ordinata; tamen ne hodie quidem viro politico,
& solidæ eruditionis cupido illa negligenda, ut si minùs eam
loqua-

loquatur, intelligant tamen eam loquentes veteres auctores, cùm omnis ingenii & liberalioris scientiæ fontes illorum libris contineantur. Eò verò majori ornamento illa nostro erit, quò 32
pulchriùs est virum in literata dignitate constituto nihil earum rerum ignorare, quæ ad literarum gloriam pertinebunt.
Hebrææ autem linguæ peritiam, si viro politico commendare 33
velim, vereor ne Rabinum potiùs, quàm Cancellariũ instruere velle videar, cùm eam neglectui haberi, & ignorari hodie etiam ab iis videamus, quibus maximè ad Theologicæ professionis provinciam sustinendam necessaria esse videtur. Sed neque
Jurisconsulto studium illius esse prætereundum, jurisprudentiæ lumen, Bartolus suo exemplo significavit, quem linguę Hebrææ cognitionem maturiore etiam ætate consectatum esse legimus. Neque impedimento ad perfectioris eruditionis gloriam, sed adjumento potiùs, & singulari ornamento scribitur 34 *Bar. de Guelph. & Gibell.*
Lamperto, cujus suprà meminimus, Brandeburgico Cancellario fuisse, quòd Hebræam linguam in adolescentia condidicisset. 35 *Hild. in d. Orat.*
Quid verò ad Theologicam prudentiam, quæ meritò omnibus scientiis præferre facem debet, funditus percipiendam compendiosius, quâ Cancellarium etiam præditum esse 36
inprimis oportet, ut infra ostendetur? Exterorum autem linguas, quæ à nationibus peti possunt, peregrinationis, de quâ paulò pòst, curriculum perficiet. Quâ quidem ratione veteres etiam Philosophi diversarum gentium ora per oras assecuti.
Discendæ autem præcipuè nostro eæ linguæ, quarum aliquis 37
vel ob vicinitatem, vel legationis commercium, vel aulæ studium in Republ. usus, quasq; Princeps calleat, & loquatur, cui operam navat. Sclavonicam quidem Carolus IV. Imperator tam celebratam in Imperio voluit, ut eam etiam Electorum liberis publica lege præscripserit, cùm omnium linguarum et- 38 *Au. Bull. tit. ult.*
iámnum habeatur spaciosissima, utpote quæ universum ferè Orien- *Chyt. in Vand.*

Orientem, ejusq; undiquaque latera complectatur: Minùs ta-
Cusp. in Diar. men illa propter soni barbariem, teste Cuspiniano, quàm referre videtur, addiscitur, præsertim ab iis, qui cum Orientali plagâ
39 parum aut nihil negotii habent. Tametsi Arabicam linguam, quam olim etiam in Turciam propagandæ Christianæ religionis gratiâ in omnibus Gymnasiis, & Academiis doceri voluit Viennense Concilium, multò florentiorē esse in Imperio Con-
Soran. in Ottom. c. 104. stantinopolitano, testetur Sorantzius. Prævalent autē in Germania illæ, quas suprà adduximus, quæ etiam in Academiis, tum ad peregrinationis, tum ad Reipubl. usum, ut & in nostra,
40 publico è suggestu docentur. Sed satis de optima, & pessima hominis parte, ad majora, quæ facultatis studia vulgò appellantur, veniamus.

CAP. XII.

De Episcopis & Sacerdotibus olim Cancellariis.

OLim antequam leges civiles ex Apuliæ latebris in lucem revocatæ, & in Academicam cathedram à Lothario Sa-
1 xone reductæ essent, Cancellarii officium atque dignitas Sacerdotibus, & Theologici studii peritis potissimùm commendata fuisse videtur, cùm & Archidiaconi, & Archicapellani Re-
2 gum, & Principum eo munere fungerentur, ut unà Protonotarii, Cancellarii & intimi Secretarii essent. Ita quidem Paulus, quem suprà nominavimus, Diaconi cognomen in Cancella-
3 riatu Longobardorum regis retinuit, quod à sacro officio ha-
4 bebat. Eginardum autem Archicapellanum, & Cancellarium ex iis, quæ antea dicta sunt, novimus. Nec reliquorum Imperatorum post Carolum Magnū Cancellarii alii, quàm vel ipsi Epi-

piscopi, aut Diaconi, vel eò in sacris studiis progressi, ut à Cancellariatu Imperiali ad Archiepiscopatum, & Episcopatū aspi- 5
rarent, & in Ecclesia docendi provinciam susciperent. Adeldagum, Ottonis I. Cancellarium, suprà audivistis: ille insignis eo tempore Theologus, & Hamburgensium Archiepiscopus, & Bremensium factus, Daniam ad Christianæ fidei tesseram su- 6
scipiendam concionando commovit, ex quo Apostolus ejus Crant. in Metr.
gentis nuncupatus. Ottonis verò II. Cancellariæ præfuit Hildepoldus, quem omnibus Imperii gratiosissimum suprà diximus; idem Theologus ad Episcopale munus Ecclesiæ Wan- 7
gionum atque Nemetum, ob eruditionem sacram translatus. Adeldago autē superiori tum studio, tum opere divino, quàm 8
proximus fuit Otto, Episcopus Bambergensis, illustri genere Chyt. in Vand.
Comes de Andechs, Henrici IV. Cancellarius. Ille enim ex Imperatoriis cancellis ad Episcopalem lituum evectus, Pomera- 9
niam ab idolorum gentilium cultu ad veri Dei cognitionem abduxit, cujus idcirco Apostolus fuit appellatus, quòd in veteri urbe Julina, quam postea Volmarus Danorum rex manu 10
bellica devastavit, funditusq; destruxit, viginti millia hominū aqua salutari imbuisset. Nec verò ullus ferè Germaniæ Episcopatus nominabitur, qui non ex Imperiali Cancellariatu unum & alterum antistitem prisca ætate fuerit sortitus, quemadmo- 11
dum infra alio loco pluribus exemplis declarabitur. Sed neque triplex ille Imperii Archicancellariatus alia de causa tribus Archiepiscopis perpetua successione cōcessus esse videtur, quàm 12
quòd literatæ dignitatis fastigium quàm optimè Episcopis ac Sacerdotibus, qui literarum scientia, ac divini juris peritia prediti esse debebant, committi posse existimaretur. At Cancellariatus officium, inquis, ex eo genere existit, quod seculi fluctibus, uti Alexander Pontifex III. scripsit, plenissimum habea- 13
tur, interdictum autem Canonicis constitutionibus esse legi-

14 tur, ut, qui Deo militat, negotiis civilibus quàm minimè im-
plicetur. Illum verò ejus ſententiæ, quæ etiam Apoſtolicis lite-
c.13. ext. ne cler. vel mon. ſecul. ris continetur, germanum ſenſum eſſe, tum ipſe Pontifex, tum
Concilium Moguntinum confirmavit. Atqui vinculum etiam
excommunicationis expeditum in eos eſt, qui clericorum nu-
15 mero cùm ſint, officium tabellionatus exercere aggrediantur.
Præterea verò ſpeciatim de Cancellarii munere interpretes
diſputant, ex quibus Lucas de Penna, *abſtinendum eſt*, inquit, *E-*
16 *piſcopis ab officio Cancellarii, quòd inter alia ſeculi negotia Principum
ſigillo confirment pleraſq. literas, quibus ſanguis humanus per poteſta-
tem ſeculi effundatur, quod Canones ſevere prohibent.* Id ipſum
17 comprobavit Johan. Montanus allegato *c. inutilem, diſt. 88.* quo
c. ſent. c. cler. ne cler. vel. mon. etiam clericus, quod tamen multò minoris momenti eſt, pro-
hibetur, ne ratiociniorum cauſas aſſumat. Illud quidem Pon-
18 tificum poſteriorum decretis ſancitum eſt, ſed jam longè ante
quàm Gratianus quicquam iſtius juris compilaſſet, pervetu-
ſto more ac conſuetudine, uti ſuprà perſpicuè declaratum fuit,
in Cancellariorum munere ſoli ferè Epiſcopi, Diaconi, Capel-
lani, ac Clerici verſabantur, parum memores ejus ſententiæ,
quam Nicephorus jam multò antè Eccleſiæ commendârat,
19 cùm ſcripſiſſet: *Spiritualem contemplationem ac ſtudium, atq. civi-*
Niceph. hiſt. 3. *lem adminiſtrationem inter ſe non jungi.* Sed neque alterius gene-
ris homines ea ætate ad hanc literariæ dignitatis functionem
20 adhiberi poterant, cùm clericorum nominibus, atque mona-
chorum clauſtris omnis propè literarum facultas teneretur,
neque ullum juris civilis precium, aut politicæ ſcientiæ cultus
21 cognitus eſſet. Neceſſitas itaque primùm ipſa ſibi quaſi legem
hanc conſtituit, cùm præter Clericos & Sacerdotes idonei alii
ferè nulli reperirentur, deinde celſitudo Archepiſcopalis ſum-
mo Imperii Cancellariatui magnam dignitatis lucem afferre
judicaretur. Præterea verò ea majorum noſtrorum ea de re ſen-
tentia

tentia fuisse videtur, quæ veterum quondam Romanorum, qui Pontificalem apicem cum summa etiam Imperii potestate, nedum cum alia quavis inferiore civili dignitate quàm pulcherrimè conjungi posse censuerunt. Quæ quidem causa erat, quamobrem Imperatorum veterum complures ad Julii & Augusti exemplum, unà Pontifices Maximi fuisse leguntur; 23
Quod eodem modo non solùm præclarè sensisse, sed etiam de veteri isto ritu ad Romanos mores revocando gravissimas cogitationes suscepisse Maximilianum I. Imperatorem longè 24
prudentissimum, inditio esse videtur ejus Epistola, quam ad 25
Paulum de Lichtenstein, Consiliarium suum scripsisse legitur. Accessit postremò veterum Principum in religione devotio, quæ ferè in superstitionem deflexit, ut, quemadmodum Impe- 26
rator Justinianus confirmavit, *se certissimè credere Sacerdotum puritatem, & decus, & ad Dominum Deum, & ad Salvatorem nostrum Iesum Christum fervorem, & ab ipsis perpetuùm effusas preces plurimum favoris Reipubl. ac incrementum afferre:* Ita illi sibi persuasissimum haberent, sine Sacerdotibus ac Episcopis nihil rerum 27
maximarum feliciter perfici, nihil absolvi posse, sperarentq; ita demum benè prospereq; omnia eventura, si religionis antistites consiliis ac negotiis non modò interessent, sed etiam præessent. Ex quo deinde accidit, ut sola consuetudine atq; exemplis regula illa niteretur, quam Felinus, & ab eo alii *ad §. signum,* 28
de pac. Constant. annotarunt, cùm ad verba ista: *Ego Godefridus, Imperialis aulæ Cancellarius, &c.* adscripserint: *Episcopos posse etiam Cancellarios esse.* Nam & Corsetus *in tract. de pot. reg.* qui eam sen- 29
tentiam adduxit, præter exemplum istud, juris nihil allegavit, idq; Boërius *in add. tract. de auth. mag. cons. nu. 46.* etiam animadvertit, tametsi superiorem Felini sententiam contra sui Montani doctrinā tueri studeat, adducta Baldi auctoritate, *in auth. habita, C. ne fil. pro pat.* qui idem asserit, & Martini Laudensis, *in* tract.

l. ul. C. de Episc. aud.

Heig. p. 1. q. 4. n. 61.

tract. de constit. Princ. ac Purpurati, *in l. quæcunq., ff. de offic. ejus cui*
mand. affirmans eam rationem in Gallia id ætatis observari. Sed
quid de interdicto Canonico pluribus interpellas? Quàm mul-
30 ta alia sanctus ille Dei miles contra Canonem suscipit? Quid
severiùs vetitum, quàm ne arma militaria ferat Clericus, cujus
c. 23. q. 8. Amb. c. 3. non pila.
munimenta esse oporteat, orationes, fletū & lacrymas, quan-
31 doquidem solius terrenæ potestatis sit, terram defendere, de
præliis tractare, nihilque magis contrarium professioni Sacer-
dotum existat, quàm secularem militiam exercere? At quan-
tus numerus ex omni Episcoporum ætate, qui bellatores po-
tiùs, quàm oratores esse studuerunt? Nam & ille, quem sæ-
32 piùs nominavimus, Christianus Cancellarius Imperialis, & Ar-
chiepiscopus Moguntinus, idcircò Christianissimus à Pontifi-
ce Romano proclamatus esse cognoscitur, quòd ducto in Ita-
liam exercitu, equo insidens, ac thorace æneo indutus, capite
33 aurea galea incluso, clavam trinodem more Herculis manu
fortissima vibrasset, novemq; uno prælio robustissimos hostes
dextera sua obtruncasset, nobilibus verò equitibus octodecim
omnes ex ore dentes excussisset. Dignissimus profectò tanto
34 nomine heros, qui, uti Canonici scriptores ipsi de eo prædica-
Crant. in met. Ab. Stad. in Chr.
runt, tot & tantas scortorū copias sub pellibus suis habebat, ut
etiā totius Cæsareæ expeditionis impendia, quæ tamen longè
maxima erant, solo istius comitatus stipendio superaret. Sed de
35 his & similibus Pontificum ac Sacerdotum bellis alibi libro-
36 rum copiosiùs: Nunc verò duntaxat hoc declaratū volumus,
quod paulò antè diximus, etsi civilibus negotiis Sacerdotali
Steph. lib. 4. de jur. c. 3.
ordini interdictum sit, multa tamen ejusmodi fieri, quæ voci
Canonum ac Decretorum omnium sententiæ vehementissi-
37 mè repugnent. Tametsi autem longè alia sententiæ illius Apo-
38 stolicæ mens ac intellectus sit, quàm vulgò Canonica interpre-
tatio præ se ferat, neq; minus civilia, &, uti appellant, secularia
offi-

officia, muneraq; & dignitates, quatenus rectè, legitimè, pieq; administrentur, summo ordinatori Deo, quàm sacra ac Ecclesiastica munia probentur: non tamen abs re esse videtur, quod 39
Robertus Ganguinus compertũ à Gallis suis plurima rerũ observatione esse memoriæ prodidit. Quid verò illud? *Plus plerun-* 40
que, ait, *incommodi fraudisq; ex eo in Remp. redundasse, si Sacerdotes* Rob. Gang. lib. 9. hist. Fr. c. 3.
negotiis ac consiliis rerum secularium adhibiti fuerint, quàm si ex seculi nobilitate prudentes viri administrationibus civilibus præficiantur. Quamobrẽ verò? Libet cognoscere reliqua: *Illi, nescio, qua insatiabili (auctoris verba sunt) ambitione omnia sibi vendicant: Hi verò plebis miserii, & communitatis detrimentum suum esse rati, Reip. benè, ut possunt, consulunt: illi fastum ac pompam ex dignitate sua metientes eò audacius divitias congerunt, quò minus ultionem timent Ecclesiastica libertate protecti. Hi, ut opes suas cum Republ. conjunctas esse non*
ignari, ex publico incommodo privatum quoq; augurantur. Nam qui 41
res ex Reipubl. statu considerat, ille eas sine his nequaquam stare posse
intelligit. Hæc quidem ille de suis Francis, quæ sua sententia Ioh. Mont. de auth. mag. cons. n. 46.
confirmasse legitur Johannes Montanus, Cardinalis Albiensis Consiliarius; sed eandem quoque aliarum nationum gen- 42
tiumq; sententiam esse, vel ex eo perspicuum esse potest, quòd in plerisque regnis Cancellarii dignitas ad homines politicos hodie sit revocata. Nam & in Imperiali aula pro antiquis Ca- 43
pellanis, Diaconis, reliquisq; Clericis ac Sacerdotibus Jurisperiti atque politici homines ex seculari ordine huic muneri à 44
tempore Rudolfi I. utplurimùm adhibiti, excepto Archicancellariatu, qui in Archiepiscopali sede, more majorum, jure hereditario permansit. Nam ille quoque, quem suprà aliquoties ostendimus, trium Imperatorum Cancellarium, legalis disci- 45
plinæ Doctor extra cleri chorum in civili foro vixit, aliiq; & an- 46
te & post eum in eadem dignitate ex politicorũ numero, quos 47
Seculares vocant, versati annotantur. Quid verò in Gallia? ve- 48

terum ævo non aliter, quàm in Germania, Galliæ Cancellaria-
49 tu Archiepiscopi & Episcopi fungebantur. Nam & Dagoberti
Gang. in Chrc. Gall. Regis ætate Odoenus, Rothomagensis antistes, in eo munere
apud Ganguinũ constitutus fuisse legitur: Non tamen, quem-
admodum in Imperio nostro, perpetua ista dignitas, & heredi-
50 taria in certis Ecclesiasticis præsulibus perseveravit, sed ab aliis
Boër. in add. d. loc. ad alios antistites precariò trãsiit. Modò enim Archiepiscopus
Remensis, prout Episcopus Parrisiensis, modò Archiepisco-
51 pus Senonensis, modò Arelatensis, utpote Petrus de Ferrariis,
Iac. de Bell. in proœm. auth. cujus Jacobus de Belviso meminit, modò alii ex aliis Episco-
patibus assumpti. Ac se triginta quidem ejus regni Cancella-
52 rios ex antiquitatibus commemorare posse testatur Bodinus,
qui in Cardinalium cœtum, aut in collegium Pontificum fue-
rint cooptati, magno profectò argumento, Pontificem Roma-
53 num illud eadem ratione summo studio apud Gallos egisse, ut
collatis maximis dignitatibus, sibi devinctissimos eorum Can-
54 cellarios, quos è clero ipsius habebant, reddiderit. Sed poste-
rioris ætatis prudentiam, quàm periculosum illud Reip. esset,
Com. lib. 1. pervidisse, atque idcirco ad civilem ordinem summam digni-
tatem regni sui deduxisse, tum Morvillerius ipse noster, tum
alii quàmplurimi civiles, & togati homines, qui cum Hospitale
extra clerum in hoc munere versati, exemplo & documento
55 fuerunt. Similiter in regno Poloniæ, cùm ab antiquis tempo-
ribus sacro ordini, tum Cancellarii, tum Vicecancellarii mu-
Crom. lib. 2. Polon. nus esset collatum, soliq; ferè Sacerdotes, teste Cromero, utra-
que dignitate fungerentur, posteriore tempore sancitum pe-
culiari lege fuit, ut alteruter eorum sacri, alter profani, ut Epi-
56 scopus historicus loquitur, ordinis haberetur; Quam quidem
Bod. de Republ. lib. 2. c. 1. legem non admodum antiquam auctor nominat. Sed ean-
dem etiam mutationem ex Gallico scriptore cognoscimus. Il-
le enim Gnesnensem Pontificem tradit, sese perpetuum olim

&

& hereditarium Cancellarium Poloniæ tulisse, ideoq; Regibus 57
necesse fuisse Procancellarium arbitrio suo creare, qui nulla jurisjurandi obligatione Romanis Pontificibus teneretur. Verùm Gnesnensi antistiti omnem postea nova lege ademptam 58
istam dignitatem esse, remq; ita plerunque ordinatam, ut magnus Cancellarius ex ordine politico, Vicecancellarius è clero legeretur, multa successionis exempla demonstrare videntur. Nam & in diario Cuspiniani legitur, ad eum modum ex nobilitate equestri Christophorus Schidlowitz, Cancellarius 59
magnus apud Sigismundum Regem eo tempore fuisse, *Cusp. in diar. an. 1515.*
cùm Viennæ Maximilianum Imperat. tres potentissimi Christiani orbis Reges, Ungariæ, Bohemiæ, & Poloniæ convenirent: Vicecancellarius autem ibidem annotatus Petrus Episcopus 60
Premisliensis, qui etiam nomine Regis sui in eo conventu oravit. Nostra verò memoria tum literis, tum armis 61
summoperè inclaruit apud Stephanum Regem, ejusq; successorem, Johannes Zamoscius, qui hoc officium cum Castellani *Heidenst. de bell. Mosc. l. 2.*
Cracoviensis, & cum Generalis militiæ præfecturâ conjunctum habuit. *Chytr. l. 29. Ch.*
Nec aliter in Daniæ regno politicorum, & quidem nobilium ordo ad se idem officium revocavit. Quemadmodum etiam in regnis & Principatibus aliis factum est. Nam 62
cùm olim in Anglia non pauciores, teste Bodino, quàm in Gallia Cancellarii ad dignitatem Cardinalium eveherentur, eadem 63
tandem mutatio ordinis secuta esse perhibetur. Quæ quidem res non gravissima ratione carere videtur. Cùm enim jamdiu haud obscurè animadversum esset, Pontificem Roma- 64
num sibi tanquam homines ligios obstrictos habere omnes Archiepiscopos, & Episcopos, totumq; adeò clericorum ordinem ad ipsius nutum, tanquam ad numinis sui voluntatem cuncta agere, cuncta dicere, idq; omniũ Imperiorum, regnorumq; libertati valdè periculosum existeret, prudentissimè id 65
genus

Ant. Fulm. Brut. in c. de crim. sacril. genus homines ab ea provincia fuere remoti, quæ omnium re-
rumarcaniora in regnis complectitur. Quod quidem poste-
rioribus temporibus eò magis necessarium rebus communi-
bus visum fuerit, quò graviores de regnorum jure cum Ponti-
66 fice Romano ab omnibus ferè totius Christiani orbis Regibus
& Principibus contentiones susceptæ. Quàm verò infidi suis
Mut. in Frid. Imperatoribus & Regibus multi in hoc officio fuerint, in Pe-
tro de Vineis videre licuit, qui ideò in custodiam missus, quòd
67 inter alia delicta contra Fridericum Cæsarem conjurasse cum
Pontificiis argueretur. Venêre autem in discrimina eandem
ob causam olim in aliis regnis quàmplures, cùm secundum
68 Servatoris nostri oraculum, duobus dominis bona fide servire
non potuerint. Ita enim olim Angliæ regnum in manum ac
potestatem Pontificis Rom. pervenisse scribitur, cùm Rex Jo-
hannes à Cancellario suo persuasus, qui Episcopus erat, præ-
Bod. lib. 1. de Rep. c. 10. sentibus aliis sex Præsulibus, regni proprietatem sui Innocen-
tio III. fide jurata, offerret. Quam potentiam ac dominatum
Papæ sui, successores Cancellarii, itidem Episcopi, ope ac opi-
bus suis quàm validissimè conservarunt, qui propterea, ut jam
antè dictũ est, ferè omnes galeris purpureis exornati fuerunt,
donec eruditissimus Morus, Henrici VIII. Regis Cancella-
rius, fiduciæ Romanæ vocem primus opposuerit. Quantum
69 verò detrimenti Germaniæ nostræ ex eo allatum fuerit, quòd
Freher. Germ. rerum tom. 2. ii, qui Servi Servorũ juramento obligati, spem Episcopatuum
consequendorum habuerant, in secretioribus Imperii scriniis
olim versabantur, perspicuum ex tot veterum querelis est, quæ
Mart. Mejer in Epist. ad Sylv. de gravaminibus, ac oneribus Imperii habitæ leguntur. Cùm
enim, ut Martinus Mejerus, Cancellarius Moguntinus, scri-
ptum reliquit, mille modi excogitarentur, quibus Romana se-
70 des à Germanica natione tanquam à Barbaris, secundum ver-
l. 2. C. de comm. ba Imperatoriæ legis, aurum & argentum subtili ingenio ex-
trahe-

traheret, non solùm conniventia, verùm etiam studium & di-
ligentia eorum plurimùm in eo velificata Pontificis gratiæ est,
qui cùm in Imperii puppi sederent, ad Romanum ventum 71
omnia sua vela explicabant. Quo quidem animo erga Impe-
rium Germaniæ etiam in officio Imperiali Sylvius, cùm à Se- *Inter Epist.*
cretis consiliis esset Cæsaris, fuisse videtur, uti ex scripto illo, *Sylv. tr. de mor. Ger.*
quod superiori Martini Epistolæ remisit, non obscurè perspici- 72
tur. Quemadmodum illam rem optimè intellexit posteriore
ævo doctissimus vir, Johan. Wimphelingius, eamq; Alberto *Frch. in tom. 2.*
Brandeburgico, Archiepiscopo Moguntino, & Archicancella- *rerum Germ.*
rio, literis, quæ etiamnum in manibus nostris sunt, aperuit. *Resp. & repl. ad Sylv.*
Nam quod in proverbio est, & à Philosophorum magistro al- 73
legatur, graculus graculo assidere solet. Quod quidem incom-
modum etiam Lotharii Saxonis heroicis conatibus objectum 74
fuisse legitur, quò minùs veteris Imperii pristinam potestatem,
& gloriam, ut constituerat, postliminiò Româ reduxerit. Quis
verò impedimento fuit? Erat id ætatis magna sanctimoniæ, &
doctrinæ opinione Bernhardus, Monachorum Pater, quem
cùm in comitatum, & consiliorum gubernationem Cæsar as- 75
sumpsisset, cuncta vehementissimè dissuasisse dicitur, quæ pro *Sp. in Chron. Querf.*
majestate Imperii recuperanda ad imminuendam Pontificiæ
sedis potentiam spectare videbantur. Nec patrum nostrorum
ætate Mercurinus Magnus Hispaniæ apud Carolum V. Can-
cellarius, aliam ob causam à Clemente VII. Pontifice primùm
Protonotarius, deinde Cardinalis creatus legitur, quàm ut per
eum omnia, quæ vellet, ab Imperatore impetrare ac obtinere
posset, quemadmodum in commentariis Fronsbergii memo- *Comm. de reb.*
riæ mandatum habetur. Quapropter gravissimæ causæ majo- *Fronsb. lib. 8.*
rum istæ fuisse videntur, quamobrem à Clericorum ordine, & 76
ab Episcopis, & Sacerdotibus ad homines politicos muneris
istius functio fuerit translata, ad quos etiam jure pertinere cen-

 setur.

77 setur. Ita enim non modò à Romanis, qui, ut suprà demonstratum pluribus est, nullos alios, quàm juris civilis peritos huic officio adhibebant, verùm etiam ab instituto regni Israëlitici
78 acceptam illam rationem, modumq; habemus. Quin & Barbari hodie intelligunt Cancellariatum politicum munus esse,
79 & ad politicos viros pertinere. Turcæ enim suos Cancellarios,
Geufr. de Tur. regn. gub l.1. quos suprà diximus, non ex Sacerdotibus suis, quos Talismaniar & Mesen dicunt, sed ex laicorum ordine habent, proximos
Henning. in Liv. Chr. à Beglerbeiis. Et Moscovitarum Sollikan (ita enim illi Cancellarium nominant) ad Polonorum morem ex equestri tribu habetur, qui non modò literis iis, quas cultura gentis ferre
80 consuevit, sed etiam armis maximè exercitatus. Quibus quidem de causis, etsi ex sacro ordine neque Episcopum, neq; Ab-
Nov. 6. c. 2. batem, neque Presbyterum, neque Sacerdotem, neque ex reformatis Ecclesiis doctorem, ac concionatorem & pastorem, huic civili muneri admoveri conveniat, quos, uti Justinianus Imperator edixit, suis Ecclesiis inhærere oportet: idq; ipsi veritatis studiosi Episcopi fatentur cum Synesio Cyrenensi antistite; qui, *velle*, ait, *civilem potestatem cum Sacerdotio conjungere, est non miscenda commiscere:* tamen Cancellarium nostrum sacri
81 studii expertem esse nolimus. Quid enim omnis aliarum artium & disciplinarum scientia, sine Theologica prudentia? umbra & inanes atomi. Ab illa verò pietas, quæ omnibus consiliis, & negotiis fructuosa: ab illa omnis virtutis, & justitiæ, cujus Sacerdotem esse oportet Cancellarium, regula, & norma
82 certissima. Præterea autem cùm ille, ut antè dictum est, cor, &
Boër. de auct. mag. cons. n. 23. oculus Principis sit, sit, ut Boërius loquitur, frenum, & dux omnis consilii, qui præ omnibus aliis nosse debet, quæ in intimo Regis animo penetralia, & arcana existant: nihil autem, asseverante Justiniano Imperatore, lumine clariore fulgeat, quàm recta fides in Principe, necesse profectò omninò erit,

etiam

etiam in hac parte Cancellarium tanquam Principis ducem, 83
quàm optimè præire & prælucere, non modò veræ religionis
studio, & intellectu, verùm etiam fidei, & pietatis fructu. Nam *Plato in Crat.*
cùm alterum & quidem firmissimum Reipubl. vinculum reli- *Polyb. l. 6. de Mil. Rom.*
gio sit, nullo modo carere ejus studio poterit, qui in guberna- *Cic. 1. Ver. 1.*
tione civili versatur, ut ipse vel minimùm pervidere, ac cogno-
scere possit, quæ veritati divinæ maximè consentanea doctri-
næ, quæ eidem contraria habeantur; quæ in Republ. sententia 84
toleranda, quæ emendanda, quæ repudianda. Nec enim in ea
re similem Cujacio Jurisconsulto, Morvillerium nostrum esse
velimus, qui, quoties in controversiam religionis inciderat, di-
cere solitus esse scribitur, nihil ad edictum Prætoris pertinere.
Laudatur contrà meritò à Luthero, Georgius Pontanus, Saxo- *Luth. in serm. conviv.*
niæ Cancellarius, quòd summam diligentiam cognoscendis
religionis disceptationibus adhibuerit, ut non modò sese ipse,
verùm etiã Principem suum rectiùs de controversiis ejus tem- 85
poris informare potuerit. Idem fecisse Simonem Pistorium, 86
clarissimum Cancellarium, Albinus testatum reliquit. Et de
Lamperto Hildesheimius scribens: *Erat*, inquit, *domi Theolo-
giæ, & sacrarum literarum studiosissimus, ita ut negotia controversa* 87
in religione rectè intelligeret, quibus sæpissimè etiam est adhibitus.
Cùm enim non rarò usu venire nunc ætatis illud soleat, quod
Zamoscius Magnus Poloniæ Cancellarius dixisse fertur, ut 88
in comitiis, & conventibus Imperii de religionis articulis plu-
rimum tractetur: Non certè earum rerum imperitum esse
oportet Cancellarium, qui in comitiis tanquam athleta in
suâ arenâ esse consuevit. Omitto congressus, & synodos,
in quibus tum domi, tum foris, Cancellarius plurimum si ve- 89
lit, valet, cùm nunquam non apponendus Theologo politicus,
& Jurisconsultus esse videatur, ut eandem operam eidem na-
vet, quam olim Hieronymus Schurfius ipsi Luthero in con- *Pol. in v. Luth.*

Osi. in hist. Eccles. ventu Wormatiensi navâsse prædicatur. Sed longè majus, imò maximum Cancellariatus officii meritum erga Ecclesiam est,
90 quod non modò historici, sed ipsi Theologi summis laudibus
Dresf. mill. 6. efferunt, quòd per Saxoniæ Cancellarium, Georgium Pontanum, tanquam per ultimam Evangelii tubam, quæ per omnes terrarum orbis partes insonaret, in comitiis augustissimis Augustanis confessionem, quam vocamus Augustanam, clarissima voce Cæsari, & omnibus Principibus, ac ordinibus Imperii promulgari Deus voluerit. Multis itaque modis Theologica
91 scientia nostro erit necessaria, ut, quod de Friderici I. Regis Da-
Sp. p. 2. Nob. spec. c. 15. niæ Cancellario, Dirlevo de Reventlob, summoperè celebratur, veræ doctrinę propagationem quàm maximè juvare apud Principem, ejusq; incrementum provehere felicissimè possit, quod quidem Deo, & Ecclesiæ, & Reipubl. se inprimis debere noverit. Imò verò præstet idem studium ac operam Ecclesiæ, & Reipubl. quam patrum memoriâ Ludovicus Krempius de Freudenstein, quem Nestorem Comitum Ottingensium, &
Giph. in præf. Hom. Jurisconsultorum principem Giphanius appellavit, præstitisse celebratur, cùm contra Tridentinum Concilium perquàm
Sp. in sp. nob. d. loc. egregiè scripserit, idq; ex fundamentis Theologiæ gravissimè refutaverit.

Cap. XIII.

De Jurisprudentia.

SEd satis de divino studio: reliqua jurisprudentia est, quæ sine omni controversia inter omnia necessaria huic muneri
1 cum laude obeundo studia primas tenere judicatur. Quæ etiã causa est, quamobrem ex Academiarum cathedris antecessores, tanquam huic muneri ob peritiam juris civilis quàm maximè idonei, accersantur; multiq; cum publica docendi provincia,

vincia, officium aulici Cancellarii unà sustineant. Quod fieri 2
in Balthicâ Academiâ vidi, cùm apud Megolopyrgensium Du- 3
cem Michaël Crassus, primarius juris Professor, & apud vici-
num Pomeraniç Principem, Ducem Bogislaum, qui Bardæ au-
lam suam collocatam eo tempore habebat, Henricus Camera- 4
rius collega ejus Cancellariatu fungeretur. Alterum tamen
ab altero plurimùm sæpiùs impediri officium itidem animad-
verti, neque abs re esse, quod Justinianus scripsit, duabus rebus
necessariis unum hominem sufficere non credendum. A sug-
gestu autem juridico complures felicissimo gradu ad hanc di-
gnitatem pervenerunt. Nominavimus suprà Adrianum Albi-
ni, Marchiæ Cancellarium, qui ex Academiæ Francofurtensis 5
cathedrâ ad eam dignitatem vocatus. Quis verò Simonem
Pistorium ignorat, qui cùm juvenis in Italiâ celeberrimorum
doctorum auditor fuisset, Lipsensem Academiam publicâ le-
gum professione plurimùm postea illustravit, ex qua invitus
etiam, ut ipse scripsit, ad Cancellariatum Saxonicum fuit acci-
tus. Ita autem ille: *Factus sum*, inquit, *non parum invitus Cancel-* *Alb. in Ch. Misn. tit. 26.*
larius Illustrissimi Principis Saxoniæ, D. Georgii, maluissem enim va-
care professioni, & fortè majori cum gloriâ, sed favor judicium, & do- 6
ctrinam potentia superavit. Idem verò postea Georgio Duce de-
functo, Electoralem Mauritii, Ducis Saxoniæ, Cancellariatum
præclarè administravit. Ex eâdem professione ad Cancellaria- 7
tum in electorali Palatinatu progressus Florentius de Ven-
ningen, cùm in Heidelbergensi Academiâ aliquot annos do-
cuisset, editisq; aliquot consiliorum voluminibus, Phœnicis
nomen, ut paulò antè dictum est, meruisset. Et in Saxonia cele-
bris nominis etiámnum est Melchior ab Ossa, qui antequam
Ducis Georgii Saxoniæ, ac deinde Johannis Friderici Electoris 8
Cancellarius fieret, à militia & castris ad studia regressus, pu-
blicè jura in Academiâ Lipsensi docuit, & è cathedra professo-

ria itidem ad eam dignitatem conſcendit. Notus ex eodem lo-
9 co progreſſus Udalrici Zaſii, notus Mynſingeri, quorum uter-
que in Friburgenſi Academia jura docuerunt. Eadem in Wite-
bergenſi docuit nobiliſſimus Jureconſultus Eberartus de Wei-
he, qui etiam ad prius ſuum ſuggeſtum, cùm ex Holſatiæ
Cancellariatu, quo apud Illuſtriſſimum Ducem Adolphum,
Friderici II. Regis Daniæ perfunctus erat, ſeſe in celebritatem
Academicam recepiſſet, maxima ſtudioſæ pubis cum lætitia &
gratulatione revertebatur, ex quo rurſum ad Senatū aulicum,
10 & ad idē officiū revocatus. Rectè n. exemplo veteris prudentię
illud ita inſtituitur, ut, quemadmodum olim ex juriſperitorum
collegiis ſcriniorum magiſtri, & præfecti prætorio: Ita hodie
ex Juriſconſultorum ſchola conſultiſſimi quiq; Cancellariatui
Proœm. Inſt. in fin. adhibeantur. Nam & illud inter alias Reipubl. partes Juſtinia-
nus ſtudioſiſſimis juris ſui cultoribus promiſiſſe legitur. Sed
11 quid rem exemplis obruam, quorum copia neque noſtris ho-
12 minibus deeſt? Cùm enim, quemadmodum de Gallię ſuę Can-
d. tr. de auct. mag. conſt. n. 8. cellario ſcripſit Montanus, præeſſe eum excellenti juſtitiæ tri-
bunali, idq; moderari oporteat, qui huic muneri præficiatur,
ſumma profectò juris ſcientia ab eodem requiritur, ut quod de
Hippocrate tanquam perfectiſſimo ſuæ artis magiſtro Macro-
13 bius prædicavit, idemq; de auri ponderatore, quem Zygoſta-
l. 2. C. de pond. ten appellârunt, Imperator Julianus poſtulavit, in juris & æqui-
tatis ſententia dicenda, neq; fallat unquā, neq; fallatur. Quam
quidem tam abſolutam artis cognitionem conſequi feliciùs
14 nemo poterit, quàm qui in ejus profeſſione quotidie verſetur,
totiusq;, ut Tullius loquitur, vitæ ſuæ tabernaculum in ea di-
Vlp. l. inter 31. ff. de ſolut. ſciplina collocarit. Eſt tamen & hîc verbum illud Ulpiani non
prætereundum, cùm ſcripſerit inter artifices eſſe longam diffe-
15 rentiam & ingenii, & naturæ, & doctrinę, & inſtitutionis. Nam
huic

huic muneri non omnes, etſi in eodem ludo educati ſint, naturâ appoſiti habentur, quod etiam in Conſiliario ſuo rectè animadvertit Hippolytus: *Fit etiam ſæpè naturæ, inquit, dona ſua inter mortales partientis decreto, ut idem, quamvis excellenti ingenio præditus vir, non omni negotiorum generi aptus, neq; ſatis feliciter ſeſe* 16
variis hominum ingeniis & ſtudiis accommodet. Utrumq; igitur
concurrat neceſſe eſt. Quod etiam Theologorum princeps in 17
ſuæ ætatis duobus collegis Jureconſultis animadvertiſſe ſcribitur (utrumque antea etiam nominavi) in Georgio Pontano, *Luth. in coll. tit. 64.*
& Hieronymo Schurfio, quorum ille naturâ videbatur ad civile munus, forumq;, & æquitatem gubernandam tanquam naturæ digito factus, hic etſi arte, & ſubtilitate ingenii emineret, eam tamen dexteritatem, & in praxi felicitatem vix ſummis viribûs aſſequi poterat. Tametſi itaque Baldi ſcientia ſit, 18
quem nihil ignoraſſe Tiraquellus ſcribit, niſi ſimul naturalis *Tiraq. in l. 2. Con gl. 1. p. 2. n. 47.*
promptitudo quædam, & civilitas ingenii eam comitetur, parum apta ad Cancellarii officium eſſe videbitur. Solet autem ea 19
re utplurimùm ex Conſiliariorum & aſſeſſorũ munere, quorum prudentia jamdiu rerum uſu, & experientia fuit exercitata, & confirmata, quàm maximè idoneus ad Cancellarii munus legi. Qui quidem gradus ad iſtam dignitatem proximus.
Et noſtrâ memoriâ viros ea dignitate digniſſimos, ex Imperialis 20
Cameræ conſeſſu accitos cognovimus. Vocatus enim inde Jo-
achimus Mynſinger ad Julii Brunſvicenſis Ducis Cancella- 21
riam: vocatus Johannes Wolfgangus Freimonius, ex eodem collegio ad Imperialis Cancellarii officium. Unde verò provenire magis idonei poſſint, quàm ex eâ curiâ, quæ non modò 22
privati, ſed & publici juris ſumma officina, & quaſi Aſtreæ, ac juſtitiæ divinæ ſedes, ac domus eſt? Nam Cancellarii prudentiam non modò in privati, ſed etiam præclara publici juris 23
cognitione conſiſtere oportet, in quo tamen ſtudiorum genere mul-

re multorum sæpè diligentia etiam antiquis temporibus desi-
24 derata. Nam in tanto veterum Jurisconsultorum numero u-
l.2. ff. de orig. jur. tit. 46. nus propemodum Tubero recensetur, quem doctissimum ju-
ris & publici & privati habitum fuisse Pomponius prædicavit.
Unde verò ea studii hujus longè utilissimi & maximè necessa-
rii infrequentia, unde ista desertio & solitudo? Ex eo videlicet,
quòd tum ad fori usum, & privatam utilitatem plerique studia
25 sua conferrent, tum quòd illud abstrusius, & inter Reip. κύρια
haberetur, magisq; majorum traditione, quàm scriptis conti-
Plin. l. 8. Epist. 14. neretur, ut, quemadmodum Plinius secundus de jure senato-
rio testatur: *Non auribus modo, verum etiam oculis, minores à natu*
26 *majoribus discerent, quæ facienda, mox ipsi, ac per vices quasdam alii*
aliis traderent, essetq. suus cuiq. parens pro magistro, aut cui parens non
Halic. lib. 2. antiq. *erat, maximus quisq. & vetustissimus pro parente.* Quod etiam Dio-
nysius de Censoriis commentariis perhibuit, quos à patribus
accepisse per manus filios, & ipsos pari cura posteris mandâsse,
27 haud secus ac sacra paterna, & gentilia. In vulgus itaq; minùs
Cic. l. 1. de leg. notum jus publicum erat, teste etiam Tullio, quòd ejus usus
Cabot. disp. 1. l. 1. c. 1. vulgo non adeò necessarius esse videretur, minorq; ejus rei cu-
28 ra, quòd de eo responsa à prudentibus aut nunquam aut ad-
Plin. d. l. 8. modum raròpeterentur. *Quotusquisq. enim*, exclamat Plinius,
Epist. 14. *tam patiens, ut velit discere, quod in usu non sit habiturus?* Scripsêre
tamen quidam ex veteribus de eo particulatim aliquid, uti Ju-
29 lianus Cæsar de jure Pontificali. Quem secutus Labeo, cujus
sexaginta octo libri de verb. Pontif. allegantur. Secutus Nera-
tius, qui Quæstiones Pontificales edidit. Scripsit item Appius
Cab. d. loc. Pulcher de jure augurali. Et Varronis libri, quos Antiquitatũ
30 inscripsit, magnam partem juris publici continuerunt. Poste-
d. Ep. 14. & l. 1. riore verò ævo à Plinio Tit. Aristo Jureconsultus peritissimus,
Epist. 22. & privati & publici juris prædicatur, in quo quidem exemplũ,
& speculum nostri Cancellarii positum esse velim, ut idem dici
de

de ipso, quod ibi legitur, quàm verissimè possit. Quid verò de
eo Plinius? *Nihil, inquit, illo gravius, nihil sanctius, nihil doctius,* 31
quàm peritus ille & privati juris, & publici, quantum rerum, quan-
tum exemplorum, quantum antiquitatis tenet? nihil est, quod discere
velis, quod ille non docere possit, mihi certè quoties aliquid abditum
quæro, ille thesaurus est. Non profectò ovum tam simile ovo est,
ut Comicus loquitur, neque lac lacti, quàm noster huic esse
debebit. Quærimus enim eundem thesaurum in Cancellario, 32
ut nihil omninò sit eorum, quę Principem nosse oportet, quod
ex eo non peti possit. Nosse autem ante omnia juris publici ra-
tiones oportet, in quibus βασιλική, ut Plato ait, ars artium o-
mnium, quæ rectè imperandi est, ut Chrysostomus loquitur, 33
consistit. Contingit autem illud etiam hodie, ut privati quidem
juris quàm plurimi doctores peritissimi habeantur, utpote in
quo aurea causidicinæ messis sita est, quando, uti Baldus glo- *l.2.C.profoc.*
riatur, aliquot millia aureorum per unam legem quandoque
comparari possint, insignis verò contrà juris publici ignoran-
tia etiam in illis nonnunquam deprehendatur, qui in Reipubl.
administratione versentur. Quorum quidem se vidisse in aulis 34
plures, eosq; primas tenentes fatetur successor Andreæ Pauli, War. de Er. de *fœd.l.1.n.204.*
minimeque illos probari scripsit non ita pridem idem Ware- *Plat. in polit.*
mundus. Sed neque probavit olim eos Plato, verùm imperitis
naucleris comparavit, quòd ut illi navem, ita hi Rempubl. sæ-
piùs evertant. Nihil verò ejus rei intelligunt, qui sibi præsu- 35
munt ex privati juris scientia publici quoque juris fiduciam.
Quibus etiam superioribus annis oblocutus Vincentius, cùm *Vinc. Cab. li.2. disp. c.1.*
scripserit, posse quidem eum, qui in privato jure versatus sit,
ignorare jus publicum, non verò posse ignorare privatum, qui
in publico. Nec enim eadem utriusque ratio, non eadem natu- 36
ra, non indoles, quemadmodum Waremundus illud rectè an-
notavit, cùm disputaverit longè aliam naturam, rationem ac

O regu-

War.d. lib. n.104. regulã æquitatis esse in conventionibus, pactionibus, & transactionib. publicis, quàm in privatis; & nos passim in nostra Republ. idem multis argumentis & exemplis docuimus. Hic itaque verè politicum se noster ostendet, si, quę juris publici sunt,
37 exactissimè teneat, si quæ tum ad pacis, tum ad belli tempora pertinent, cognoverit, omnium Imperiorum, regnorumque jura, omnia majestatis calleat, si, quę officia magistratuum, quę dignitatum & honorum ratio, quæ ratio successionis, quæ electionis in principatibus, si, quæ ad fœdera, ad amicitias, ad societates, ad vectigalia, ad tributa, ad immunitates, &, ut summatim dicam, quæ ad universum statum Reipub. attinent, tanquam in digitis numerata habeat. Quàm verò turpe foret in Imperii atq; Principũ cancellis, & Senatu versanti, decreta, &
Heig.p.1.q.4. n.1. Imperii recessus, quos vocant, & quam stabilimentum Reip. dicunt, Auream Bullam ignorare, ignorare cætera jura, & pri-
38 vilegia, moresq;, & consuetudines? Quæ quidem veterum inscitia, & negligentia fuisse videtur, qui Imperium Romano-
Rad.v. lib.3. de gest. Frid. c.20. Germanorum ferè passi fuerant Pontificis beneficium fieri, quemadmodum Friderici I. ætate in conventu Norico ea de
39 re gravissima contentio legitur excitata, cùm Reinholdus Imperialis Cancellarius, diligentiùs inciperet jura Imperii contra literas Pontificias interpretari & tueri. De quâ etiam majorum incuriâ multi sæpè Imperatores, qui & in conservandâ, & revocandâ Imperii auctoritate, vigilantiores erant, conquesti esse
Sylv. Epist. 111. leguntur. Quapropter, quod Sylvium in Mariano Sozino Ju-
40 reconsulto commẽdasse legimus, cùm scripserit ad Casparum Slickium Cancellarium, eum non modò in utroq; jure, verùm etiam in omni genere disciplinarum, atq; scientiarum, ita versatum esse, ut versutias, non quò exerceat, sed quò caveat,
41 quaslibet norit: Idem à nostro requirimus, ut civiles omnes astus, & solertias, atque circumventiones perspicere, iisq; occurre-

currere opportuna prudentia possit, neque sibi accidere facilè patiatur id, quod Gallos suos multoties conquestos esse scripsit Bodinus, cùm dicerent, se ab Hispanis publicis in conventionibus & fœderibus nunquam non esse delusos, & circumventos, magno argumento, publici juris minùs illos, quàm hos 42
fuisse gnaros. Sed satis de ornamentis internis literarum, & studiorum, quæ huic officio rectè administrando quàm necessaria sint, ex iis, quæ dicta sunt, nemini non perspicuum esse potest. Quibus profectò ab adolescentia diligenter imbutum esse oportet eum, qui literariæ dignitatis honore rectissimè perfungi aliquando velit.



LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De prudentia politica.

EX his itaq; fontibus, quos hactenus ostendimus, prudentia proficiscitur, maxima illa virtus, quâ, uti Plato ait, qui præditus est, tum sibi, tum Reipubl. quàm optimè consulere poterit. Est enim illa scientia, uti ab eodem, & à 1
Tullio definitur, oportunitas idoneorum ad agendum temporum, & causa, ut rectè agantur omnia. Illa siquidem in omni- 2
bus rebus modum accommodatum locis, personis, & temporibus dirigit, illa intellectum, atque judicium tanquam luce quadam universali illustrat, ut omnia ea cognoscere, & perspicere possis, quæ ad officium tuum pertinebunt, omnia discernere, & honesta ab inhonestis, utilia à noxiis, justa ab injustis

separare, illa consilii promptitudinem, & dexteritatem divinam largitur, & intellectum ad delectum in cunctis negotiis rectè applicat: illa, ut summatim dicam, totius vitæ norma, &
3 moderatrix est. Quæ quidem imperandi prudentia in ista imperitorum, & imprudentium infinita multitudine, rarissima est, ut verè exclamare possis illud veteris Pythii: *Vix repperit*
4 *millibus è multis olim unum consultus Apollo.* Sed tamen ita plerunque fieri solet, ut, quemadmodum de imperandi arte, quæ omnium difficilima est, teste Xenophonte, dicere solebat Rudolfus Imp. I. eam ob causam neminem ferè reperiri, qui sibi eam non sumat & arroget, quod vulgò stultum censeant eum
5 esse, qui regnare nesciat; nullus verò omnium sit, qui se non potius prudentem, quàm stultum ipse judicet: ita etiam in hoc, & aliis publicis officiis ambitiosè prudentiam, & aptitu-
6 dinem omnem, sibi quàm plurimi ipsi præsumant, quam tamē vix unquā destituti illis, quæ recensuimus, divinis adminiculis assequi valeant. Quod tamen in hoc munere eò graviori cum periculo erit conjunctum, quò majus Reipubl. præsidium in
7 Cancellariatu tanquam in prora & puppi Imperii constituatur. Ex quo creberrimè evenire solet, ut, quemadmodum Augustus Imperator Romanorum clamare solitus, cùm Agrippa, & Mecœnate, intimis omnium consiliorum præcordiis, vi-
8 ta functis, ipse tum in domesticas, tum publicas adversitates incidisset: *Hæc mihi*, inquit, *non accidissent, si Agrippam, & Mecœnatem meum habuissem:* Ita in omnibus, & regnis ac principatibus audire liceat proletariam istam de Cancellariis querelam, si qua fortè flamma exarserit, non contigissent nobis ista,
9 nisi insipiens & vecors Cancellarius noster fuisset. Quod quidem tota in Livonia etiam nostræ ætatis memoria auditum, cùm Episcopi Derbatensis Cancellarius, testante Chytræo, stultissimis suis consiliis, quibus Princeps temerè obsequebatur,

Bod. lib. 6. de Rep. c. 4.

Xen. l. 1. pæd. Pog in dict. & fact. Imp.

Sen. lib. 6. c. 32. de benef.

Chyt. Chr. l. 18.

tur, Moschicæ istius calamitatis ignem accendit, quo tota ferè *Henn. de bell. Liv.*
provincia in cinerē conversa deflagravit. Nec noster Morville- 10
rius apud Cominæum non malè audit, quòd, ut ab ipso Rege *Com. l. 2. com.*
ibidem graviter arguitur, liberiùs, & ineptiùs dixerat per im- 11
prudentiam, ea, quorum nihil omninò ipsi mandatum erat, è
quibus maximarum calamitatū fluctus in universum regnum
redundavit. Nihil itaque præstabilius Reipub. divino dari mu-
nere poterit, quàm prudens Cancellarius, qui, quod inter mor-
tales divinissimum est, docente Philosopho, Principi suo rectè 12
consulere poterit. Quod agnovisse in Albino, quem suprà *Hild. in Alb. u.*
Marchiæ Cancellarium diximus, scribitur Elector Brandebur-
gicus Joachimus II. cùm ejus morte cognita, in hæc verba e-
rumperet: *Amisimus*, inquit, *domus Brandeburgicæ nostræ anti-* 13
quas, & optimas tegulas, & tabulas. Multum enim in unius sæpè
hominis virtute, & prudentia positum est, ut Cominæus pluri- *Com. li. 2. com.*
ma experientia doctus exclamat, cujus quidem consiliis, tan-
quam præsidiis & columnis, regna, urbes, & domus stare vi-
dentur. Quod se ipsum comperisse prudentissimus historicus *Sal. ad Cæs.*
testatus: *Omnia regna*, inquit, *civitates, nationes, usq; eò prosperum* 14
Imperium habuêre, dum apud eos bona consilia valuerunt. Quapro-
pter meritò majoris precii eorum hominum possessio esse cen-
setur, quàm vel rarissimarum gemmarum, & unionum the-
sauri, testimonio laudatissimi Regis Daniæ, Christiani III. Quid
verò ille? cùm Melchiorem Ranzovium singulari prudentia *Span. in sp. nob. p. 2. c. 15.*
Consiliarium suum intimum ex terris excessisse audisset, *se*
amisisse, ajebat, *preciosissimum è regni sui corona lapillum.* Quam 15
quidem gloriam etiam dum viveret, meruisse omnium con-
sensu, & prædicatione Pontanum seniorem, Saxoniæ Electo-
ralis Cancellarium, scribit Neander *in spec. hum. vit.* ut nullius
auri ponderibus tanti viri præstantiam vulgò dicerent adæ- 16
quari posse. Audite verò ista Reges, & Principes, & maximè

O 3 credi-

Micypsa apud Sall. in bell. Iug. credite Africano illi Regi, cùm dixerit: *Non exercitus, neq; thesauros præsidia regni esse, verùm amicos*: Amicos autem quos intelligebat? nullos profectò alios quàm prudentes Consiliarios & Cancellarios.
17 Hi enim illi Nestores Homerici sunt, quorum unum pro multis exercitibus, & copiis Rex ille Græciæ optabat; unum verò ejusmodi prudentem pro nave aulicis manicipiis conferta, quibus omnia, ut Tacitus ait, Principum *Pan. in d. Alph. dict. & fact.*
18 honesta, atq; inhonesta mos est collaudare, remitti sibi sapien-
19 tissimus Regum Hispanię Alfonsus postulabat. Tanta prudentiæ politicæ raritas! tanta admiratio ejus! quæ, ut apud Platonem in Critone legitur, nō una est virtutis species, sed reliquarum dux, atque mater, ad cujus normam, & obrussam omnes constituantur. A qua longissimè abesse videtur ea, quam vul- *Plat. in Crit.*
20 gò hodie prudentiam politicam appellant, eamq; unicè, tanquam Solis filiam cum Ulysse amplectuntur. Quæ verò illa? in argutia, in fraude, in dolo, in diffidentia, in simulatione, & dissimulatione omnes suas vires, virus, inquam, suum omne ostentat. Non tamen interea sum nescius, diffidentiam, & dissi-
21 mulationem civilis politicæ partem esse, & ad intellectum pertinere, quo quisque cognoscat & perspiciat, quæ ad officium suum spectent, quæq; in civili administratione vel agenda, vel omittenda, cùm nihil homini politico consultius sit, quàm ut tardus, & lentus ad credendum, & assentiendum existat, pos-
22 sitq; aliorum consilia, dicta & facta, consideratè expendere, sibiq; cavere. In quo quidem nervum sapientiæ positum esse ex antiquo Epicharmi versu, Cicero etiam asseveravit, & nihil sapiente diffidentia utilius esse mortalibus exclamavit olim sapienter Euripides. Est præterea dissimulatio, hoc est, reticentia
23 consiliorum omniumq; rerum, quas quisq; ad commune bonum exploratas, & cognitas habet, maximè necessaria, ne ante opportunitatem temerè nervi erumpant, & metam propositi fal-

fallant. Est denique simulatio, quæ in occultatione eorum,
quæ pro circumstantia personarum, locorum ac temporum
abscondenda, instar munimenti, & scuti civilis, adversus varia 24
rerum maximarum impedimenta, & difficultates, secundum *Sylv. i. dict. & fact. Alph.*
illud Sigismundi, & Friderici III. Imperatorum scitum, cùm
dixerint, nescire eum imperare, qui nesciat simulare, & dissi-
mulare. Quo quidem sensu optimos Principes verbum illud
optimè usurpasse intelligendum. Verùm longè alius hodie eo- 25
rum astus, quàm, de quo etiam ille Regum sapientissimus lo- *Prov. c. 14.*
cutus, cùm scripserit: *Astutus cautè agit in omnibus, & consideratè*
facit omnia, eorum, inquam, qui, ut Poëta cecinit:

Astutam vapido servant sub pectore vulpem:

&, ut Cicero scribit: *Rationem bono consilio datam à Diis immor-*
talibus, in fraudē, malitiamq; convertunt. Illorum n. simulatio è re-
gione veritati, fidei, & candori opponitur, quâ nihil homine in-
genuo, & liberali, nedū Cancellario Regis, & Principis corde, &
ore, indignius. Quemadmodum de Stephano Rege Poloniæ, 26
qui nostra memoria floruit, jure tanquam verè regium, & ma-
ximè egregium dictum prædicat Varsevitius, quòd simulare, *Varf. in Orat. de vit. Ste.*
quod malignitatis est, nunquā ne quidem cupiverit. Perspexit
videlicet celsissimus animus ad infamiam, & exitium esse natas
illas voces: *Ius, pietas, fides, candor, integritas privata bona sunt, quâ*
juvat, Reges eant. Quod certè ad sui perniciem didicerat poten- 27
tissima illa fœmina, de qua Buchananus scribit, solitam esse *Buch. lib. 18. hist. Scot.*
sæpiùs eam dicere: *Regibus esse fidem eò usq; colendam, quā rebus il-*
lorum expediat. Quod quidem præceptum è semiferi Chironis 28
institutione petitum, Machiavellico Principi acceptum pluri-
mi politicorum nostræ ætatis ferunt. Sed utinam illi Hetruriæ
doctorem rectè intelligerent! De qua re etiam ex Anglia con- *Gent. l. 3. de leg. c. 9.*
questus esse jamdiu Albericus Gentilis cognoscitur. Nā quod
decimo octavo capite ejus libri, quem de Principe confecit, de
simu-

simulationis, & dissimulationis colore prodidit, illud ex politi-
ca schola divini Platonis, & Peripateticorum omnium magistri
29 Aristotelis petitum esse videtur. Quid enim ille aliud in politi-
cis suis? *Oportet*, inquit, *magistratum videri religioni Deorum vehe-
menter studere:* sive Philosophi verba mavis: χρὴ δὲ περὶ τοὺς θεοὺς φαί-
νεσθαι ἀεὶ σπουδάζειν διαφερόντως. At eadem sententia Nicolai: *Ita*, in-
30 quit, *conspiciendum, audiendumq; se Princeps exhibeat, ut pietatem, fi-
dem, integritatem, humanitatem, religionem sanctè colere videatur.
Atqui nihil est, quod magis præ se ferre oporteat, quàm postremam
hanc virtutem.* Quo verò fine? quo fructu? Eodem profectò,
31 cujus gratia etiam Xenophon optimo cuique Principi fas esse
docet, ducere & trahere vulgò opinionem speciosissimis qui-
busq; artibus tanquam præstigiis quibusdam, ut auctoritatem,
32 in qua tutela, & munimentum Imperii nititur, & quæ maxi-
mam partem ex hominũ judicio & sensu dependet, summam
sibi conservet. Quòd verò eodem capite scribi & præscribi af-
firment, Principi fidem fallere licere, propter regni salutem, il-
lud, quomodo ex verbis Politici dicere ac confirmare possint,
33 non video. Ille enim potiùs contrarium docet in ipso capitis
principio: *Quàm sit*, inquit, *omni laude dignum in Principe, pa-
ctam fidem servare, atq; vitæ integritatem sine ullo dolo malo retinere,
nemo est qui non intelligit.* Hæc videlicet ejus regula & norma est,
quam Principi non modò hereditario & electo, sed etiam
novo illi suo sequendam proponit. Quid verò subjungitur?
Princeps propterea, inquit, *qui sapientia sit præditus, debet ea promissa
34 vitare, quæ suis commodis contraria fore videt.* Hic anguis, ajunt, in
herba, hìc orcus in olla. Quid ita verò? *vitare*, ait, *promissa debet*,
non ait, fidem fallere debet. Illa enim disparata sunt, & vitat
non solùm verbo, sed etiam sensu diverso promissum, qui nihil
earum rerum pollicetur, quæ sibi detrimento fore animadver-
tit; quod dum facit, fidem non fallit, quam nullã condixit. Vi-
tat

tat similiter promissum, qui furioso gladium apud se deposi-
tum non reddit, neque depositi fidem in eo fallit. Aliiq; com- 35
plures vitandi promissi modi sunt, qui salva fide adhiberi pos-
sunt. Accedit præterea, quòd in eo casu, exceptio prioris regu-
læ locum hîc suum teneat, cùm negotium Principi cum impro-
bis, & nullius fidei hominibus intercedat, quorum improbita-
tem, & perfidiam, non video quo jure non liceat, ut autor ait,
eludere. Quò etiam Ciceronis sententia ex prudentissimorum 36
hominum judicio deprompta pertinere videtur, cùm scribat *Cic. de offic.*
his verbis: *Incidunt sæpè tempora, cùm ea, quæ maximè videntur di-
gna esse justo homine, eoq; quem virum bonum dicimus, commutantur,* 37
*fiuntq; contraria, quæq; pertinent ad veritatem, & fidem, ea negare
interdum, & non servare sit justum. Referri enim decet ad ea, quæ pro-
posui in principio, fundamenta justitiæ: primùm, ut ne cui noceatur:
deinde, ut communi utilitati serviatur, ea cùm tempora commutan-
tur, commutatur officium, & non semper est idem, &c.* Et paulò post:
Nec promissa igitur servanda sunt ea, quæ sunt iis, quibus promiseris 38
inutilia, nec, si plus tibi noceant, quàm illi prosint, cui promiseris. Hæc
officiorũ magister, quæ cùm in privatæ vitæ rationibus, quan-
tò magis in Reip. & Imperii præsertim novi causis vim suam
declarabunt, cujus quidem retinendi ratio summa lex dicitur.
Nec aliud Hetruscorum Politicus, quàm Tullius sentire vide-
tur, quod tamen absolutè accipiunt illi, qui vellus ei propter 39
eam sententiam, quam non intelligunt, detractum & flagella-
tum volunt. Sed hæc ideò hoc loco disputata & interposita
volui, non ut totam auctoris Itali causam susciperem, sed ut
longè aliam ejus sententiam isto loco esse ostenderem, quàm
vulgò ex eo homines arripiant, qui, tanquam araneæ, virus
fraudulentiæ, & Punicæ, ac Hispanicæ astutiæ inde exugunt.
Ejus enim gentis omnis industria, & alta mens, quæ apud Li- 40
vium legitur, in eam prudentiam civilem hodie incumbit, ut,

P quem-

Arist.5.pol. quemadmodum etiam Philosophus fieri ait, per fraudem &
dolum aliorum regna evertant, omninoq; insidiosè, uti Offi-
Cic.3.offic. ciorum præceptor loquitur, & simulatè, atque astutè, & falla-
41 citer agant, & in his rebus omnem politicæ artis lineam termi-
Phil.Horn in pr prud.pol. relat de reg. Nea. Comm, de Reipubl.Chr.st.ad reg prin.& ord. Imp. nent, ut ipsæ literæ Neapolitanæ his verbis testantur, & com-
monefactio de Reipubl. Christianæ statu superioribus annis e-
dita, pluribus demonstravit. Et avita memoria Hispanicum in-
genium totum effudit Borgia, qui Alexander VI. nominari
voluit, in Romanorum Pontificum solio. Quid verò ille? *Is ni-*
42 *hil aliud quàm mortalium impostorem egit*, testante ipso Hetruriæ
Mach.d.li.c.18. Magistro: *Nihil, quàm ad omnem malitiam & fraudem, quâ homi-
num genus falleret, mentem suam exercuit: nemo illo unquam fuit, qui
speciosius juraverit, vicissimq; minus præstiterit. Hanc enim fallendi
artem, moresq; probè callebat.* Hæc ille: à quo ferè omnes cogno-
scendos esse, etiam commune ejus nationis proverbium do-
43 cere videtur, cùm dicere soleant: *Verba officii causa prolata non
obligare.* Quod quidem multorum errorum semen esse solere,
Scip.Am.diss. pol.lib.19.c.19. & ex vicinis Iberæ potentiæ regnis in Italiam dispersum haberi
testatur Scipio Ammiratus, politicarum rerum doctissimus
44 dissertator: Utinam verò non etiam in Germaniam idem esset
illatum! Veteribus certè moribus ignotum fuit, quod patrum
memoria accidisse aliquoties legimus, cùm nova ista pruden-
tia, ut in Rom. Senatu olim dicebatur, & reprobrabatur, pluri-
ma sequius agerentur. Equidem memini mihi in comitiis Ra-
tisbonensibus Imperialem Cancellarium dicere, se ideò ab au-
la & officio, bona tamen gratia decedere, quòd Muscas Bœti-
cas (consilia Punica intelligebat) tolerare amplius inter Musas
45 suas non posset. Quo quidem animo etiam nostrum pruden-
tem esse volumus, &, ut suprà Marianum prædicari audivi-
mus, calliditatem, & astum quemlibet quidem scire & intelli-
gere, atq; adeò, quod de Suichero, Henrici III. Imp. Cancella-
rio

rio dictum legitur, sagacissimi ingenii esse, ita tamen, ut, quod 46
de C. Aquilio scripsit Orator, omnis ejus prudentia in provi- *Cic. pro A. Cæc.*
dendo, unde nominatur, & in cavendo, non in decipiendo per-
spiciatur, omnibusq; bonis artibus ac virtutibus attribuatur, *Idem de fi, li. 4.*
ad quarum ornamenta in Morvillerio nostro declaranda pro- 47
grediemur.

CAP. II.

De fide & probitate.

PRimùm itaq; de fide & probitate dicemus, cujus opinione, *Cic. de off. lib. 2.*
ut Consul Romanus loquitur, detracta, eò semper quisque
invisior & suspectior erit, quò versutior & callidior extiterit. 1
Fides autem, cùm Deo primùm omnium summa & maxima
debeatur, idcirco omnibus juramentis, nexibus & obligationi- 2
bus, quæ hominibus fiunt, etsi ea non excipiatur, ut in fidelita- *De feud. l. 2. t. 7.*
te Feudali, semper tamen excepta esse intelligitur. Ex quo illud *Alb. de leg. lib. 3. c. 12.*
in omnibus officiorum partibus suscipiendis relinquitur, ut 3
ne minimùm quidem fidei, qua Deo obstricti sumus, derogari
possit. Quocirca impia & nefaria eorum hominum vox est pu-
tanda, qui ita sese herili fidei mancipant, ut sibi principis sui nu- 4
tum pro numine, voluntatem, & jussum omni fide, & religione
erga Deum potiorem esse dicant. Quâ quidem hominum pe-
ste, cùm in omni civili, & publico munere, tum potissimùm in
Cancellariatus fastigio nihil est exitialius. Hinc enim omnis 5
honesti, justi & æqui contemptus: hinc Sejana quædam im-
manitas: hinc regni & principatus omnis calamitas. Erat pa-
trum ætate iis moribus & ingenio in regno Sueciæ, apud Eri-
cum, Cancellarius Georgius Persè, qui, ut Henningus in Livon. *Hen. in Liv.*
Chron. scribit, pulcerrimam Regis indolem, quæ maximis ar- *Chr. sub an. 60.*
tium & linguarum, aliisq; divinis ornamentis prædita erat, ita 6

Chyt. Chr. l. 21. sub an. 67. Mich. Sax. in Imp. Germ.

corruptam dederat praviſſimis conſiliis, ut propter tyrannidem in cuſtodiam mitteretur; cum Regis junioris mandato, & poteſtate, ad libidinem abuſus, multorum procerum cædes fieri curaſſet, pluribusq; aliis maleficiis ſeſe aſtrinxiſſet. Ipſe verò, cùm poſtea captus, & ad exquiſitiſſimum ſupplicium
7 ductus eſſet, agnovit ſe graviſſimè in eo deliquiſſe, quòd fidem, quam Deo debuiſſet, Regis ſui fidei poſthabuiſſet, admonitis

Balth. Ruſ. in Am.

omnibus aulicis miniſtris, ne gratia Principum ſuo exemplo abuterentur, neq; Regiæ gratiæ nimiùm confiderent: his enim duobus laqueis ſeſe periiſſe. Sed nec diſſimile exemplum noſtrorum hominum memoria recordatur in optimi parentis
8 trium Electorum Saxoniæ, quem ſuprà ſæpiùs nominavimus, Cancellarii Georgii Pontani filio, de genere Chriſtiano, itidem Cancellario, quem ſcribunt, faſtu pluſquàm humano turgi-

Chyt. d. lib. ſub an. 67.

dum, multos bonos, & innocentes viros crudeliter perſecutum, ac fidei & pietatis erga Deum omnis oblitum fuiſſe. At idem à Deo viciſſim deſertus ſuis ſe ipſe conſiliis in graviſſimam pœnam præcipitavit. Nec obſcurum Franciſci Olivarii, Galliæ Cancellarii, triſtiſſimum fatum eſt, qui, ut ipſe maximo
9 cum fremitu, atque animi horrore in ſupremo lectulo confeſ-

Hiſt. Tumult. Ambroſ.

ſus legitur, Regis & Cardinalis Lotharingii gratiam, ei, quam Deo debebat, fidei antepoſuerat, multosq; innocentes, veræq; relligionis colentes homines ſententia ſua ad flammam & ferrum condemnaverat. Ipſe verò viciſſim ęternos ignes, ad quos

Gent. l. 3. d. l. c. 15.

emigrandum eſſet, etiam in hac vita præſenſiſſe viſus fuit. Ac ſimilis ejuſmodi exitus multorum fuit, qui, ut Gentilis loqui-
10 tur, tam amentes fuēre, ut in divinam fidem maluerint, quàm in regiam peccare, ſecundum illud, quod apud Syracidem le-

Syr. c. 27.

gitur: *Gladium pœnamq; non evaſurum eum, qui à fide recta defece-*
11 *rit.* Fundamentum itaque omnis humanæ fidei, fides divina eſt,

Plin. in Paneg. ad Traj.

ſine qua nihil ritè, nihilque providenter homines auſpicari poſſe,

posse, etiam ex gentili caligine prudens Orator scripsit. Nec consultum est, hominem eum officio, & administrationi ulli præfici, qui nulla omninò erga Deum fide, metuq; numinis teneri perspicitur, qui, ut Tullius differit, omnia recta & honesta negligit, dummodò potentiam consequatur: cui, ut apud Aristophanem est, nec ara, nec fides, nec ulla firma pactio est: qui nihil pensi habet quicquid agat; quicquid ajat, modò gratiam Principis conservare possit, Dei gratiam nullam spectat. Non ignoravit illud Imperator Constantinus, qui id genus pestis aula sua excedere jussit. Idem fieret hodie, neque tot Diagoræ & ἄθεοι in Christianæ Reipubl. muneribus versarentur. Sed quid optamus? Etiam optimi Davides suos Achitopheles habent. Quâ enim pietate, quâ fide fuisse oportet illos erga Deum, quà erga Principes suos, quos etiam nostra ætate cognovimus è præcipuis Ducum Consiliariis sibi ipsis præcisa gula vitam abrupisse, uti præceptor noster his verbis scribit de quodam exemplo, quod ipsi foris vidimus. Sæpius autē contingit, ut ejusmodi homines, qui sine omni fide, sine pietate, sine conscientia degant, longè facilius tolerētur, quàm ii, qui vel in ceremoniis & ritibus ejusdē fidei, vel in quibusdam phrasibus & locutionibus paululū dissentire videantur, etsi cum fundamento doctrinæ Christianæ, &, qui ad salutē pertinent, cum articulis, reipsa congruant, veramq; in Deum fidem, & probitatē totius vitę rectitudine, & integritate comprobatam faciant. Quod quidem etiā inter partes, quæ à Pontificiis sese traditionib. segregarunt, fieri dolendū est, ut, cùm affectu nominū plurimùm ducantur, ne in civilibus quidē officiis sese mutuò sustineant, qui diversis Doctorū suorū nominibus discerni velint, contrà quàm prudentissimorum quorundam Principum rationes laudatissimæ ferant, qui nullo discrimine utriusq; sententiæ homines etiam hodie complectantur. Sed ad civilem fidem, de quâ potissimum

Cic 3. off.
Aristoph. in Achar.

12

13

Chyt. Ch. l. 2 sub an. 8

14

15

16 mùm hîc agimus, redeamus, quæ maximè in eo consistit, ut Cancellarius Principem & Rempubl. suam sincero amore, ac debita pietate & integritate summa prosequatur. Quod certè in hoc officio omnium maximum & primum esse oportet, sine
17 quo omnis prudentia reliqua tanquam acutissimus gladius in furiosi hominis manu. Quæ idcirco etiam eò majore religione
18 & sacramẽto astringenda, quò magis huic muneri ante omnia fides quàm maximè est maxima necessaria. Quapropter neque subjectionis fidelitas, neque feudalis, ut loquuntur, investitura juramentis suis confirmata officialem religionẽ sublevat, quò
19 minùs, etsi quis subditus & vasallus sit ejusdem Principis, & utraque fide quàm arctissimè obligatus, denuò ad hujus muneris fidelitatem speciali nexu, & jurejurando devinciatur. Etsi
20 enim homagii, quod vocant, magnum vinculum sit; quo subditus suo Principi validissimè astringitur, & multò quidem arctiùs, quàm cliens, quem vasallum nominant: tamen multò major, & propior Consiliarii, atque adeò maxima & proxima devinctio Cancellarii, qui ad longè graviora, pluraq; obligatur, ut non modò optimi amici, verùm etiam parentis nomen
21 mereatur, imò pars quoque corporis esse dicatur, ideóq; ejus multò etiam magis in propria persona, quàm ullum aliud subjectionis juramentum præstandum. Quòd etiam, ut à Consiliario, nedum Cancellario Princeps ipse præsens exigat, auctor est Ceriola, ut eò majori reverentia, & metu religio fidei jurantis animo imprimatur, quò major & arctior obligatio ista ha-
22 beatur. Nam cùm subditus obedientiæ & subjectioni præstandæ sese devinciat, quæ vernaculus noster sermo tribus verbis gravissimis complectitur: Gehorsam / getrew vnnd hold zu seyn: vasallus verò fidelitatem suam ratione collati beneficii sacra
23 asseveratione confirmet, tribus itidem verbis complexam, Getrew / gewertig vnnd hold zu seyn / subjectionis voce omissa: huic

And. Kn. de jure sup. c. 3. n. 248.

Zas. de feu. p. 7. Georg. in tr. de Homag.

Cer. in tr. de Cons.

Geil. de arr. c. 7. n. 10. & seq.

huic officio & dignitati multò gravioris rei fides imponitur,
cùm quis se ultra illa priora bonum & fidelem Consiliarium,
& Cancellarium Principis futurum religiosè affirmat, omnia-
que bona & commoda, ornamenta, ac dignitates principatus 24
totius diligentissimè curaturum, justitiam & æquitatem in
omnibus negotiis ita ante oculos & in conspectu habiturum,
ut neque vitæ, aut sanguinis, nedum fortunarum, opumq;, aut
ullius commodi ratione sese ab ea vel transversum unguem
dimoveri patiatur, postremò cunctis sui officii partibus sum-
mo studio & industrâ satisfacturum. Provincia profectò longè
gravissimâ! in quâ tamen tanquam in amplissimo laudis cam- 25
po fidem & integritatem, virtutumq; omnium gloriam quàm
maximè exercere optimus quisque poterit. Optimum autem
quemq; fidelissimum putabis, suasu Plinii in oratione ad Tra- 26
janum. Ubi verò optimus? Ex prudentum numero, quos su-
prà dedimus, diligentissimè legendus. Prudentia enim optimè 27
vivendi ars, ut medicina valetudinis, & navigationis guberna-
tio, teste Tullio. Nec verò hîc committendum, ut, quod Cerio- *Tull. de fini. l. 5.*
la fieri innuit, plus perspicientiæ, curæ, atque solertiæ bono *Cer. d. loc.*
equo emendo, aut fundo, atq; tecto comparando adhibeatur,
in quibus etiam minima quæque vitia acutissimè inquiruntur,
quàm homini huic penitiùs cognoscendo, cui summam Reip. 28
dignitatem, cui omnium consiliorum caput, rerumq; tuarum
arcanissimarum viscera committas, cui totius fortunæ, famæ,
atq; adeò vitæ tuæ custodiam, curamq; universæ Reipubl. im-
ponas. Nunquam autem præstantissimorum virorum copia, ex 29
qua tanquam ex aurea segete quàm optimus legi possit, ei de-
esse poterit, qui, quod de Ludovico Rege suo noster auctor *Com. lib. 1 com.*
prædicavit, non modò per Imperium suum, verùm etiam per 30
aliorum ditiones, atq; adeò, ut de illo scribitur, per totam Eu-
ropam omnibus iis, qui prudentia & auctoritate valeant, atq;
aliquo

aliquo in numero sint, diligenter cognoscendis studium ipse impenderit. Qua quidem ratione minùs ambitus, & privata studia, minùs preces, ac commendationes, ut fieri multoties
31 solet, aliorum fallere arbitrium possint. Quibus omnibus, tanquam Lydius explorationis lapis, opponendus communis, de
Plin. in Paneg. quoq; rumor, *& credendus talis quisq; esse*, ut ait Plinius, *qualis cu-*
Xiph. in v. ejus *jusq; fama*. Quam quidem ex veteribus diligentissimè in omnibus officiis, & muneribus elargiendis Imp. Severus attendisse
32 prædicatur. Firmamentum autem, ut Hippolytus scribit, per-
Hip. de Cons. petuæ commendationis, & famæ, erit fides & probitas, sine quibus nihil laudari, nihil prædicari dignè poterit. Fidem enim ultrò studiū, diligentia, industria, vigilantia, assiduitas, omniaq; reliqua muneri fideliter obeundo necessaria comitantur. In-
33 credibilem erga Regem Darium suum fidem Zopyri prædicarunt veteres Persæ, eumque omnem tam priorum, quàm posteriorum hominum virtutem & præstantiam superasse exi-
Herod. lib. 3. stimarunt, excepto uno Cyro, quî cum nemo unquam Persarum dignè posse quenquam conferri existimavit. Digna qui-
Alb. l. 3. de leg. d. c. 15. dem præconio maximo erga Principem maxima fides, *cui*, ut Albericus his verbis docuit, *fortunas, & sanguinem ipsum debe-*
34 *mus*: sed præstaret Zopyrum non modò commodi, verùm etiā honesti rationem maximam habuisse: unde rectè & pruden-
Liv. dec. 1. l. 8. ter Livius judicavit: *Claros magis quàm honestos esse istos, qui ta-*
35 *lia Zopyri in corpus suum admiserint.* Nec enim fidem istam, quæ cum perfidia adversus alios, & dolo conjuncta est, ullo modo
Val. l. 7. c. 4. prudentes comprobant, quicquid Valerius sentiat, qui Zopyri istud stratagema egregiam calliditatem, & ab omni reprehensione remotam nuncupavit. Nec prudenti Regi ipsi, barbarus iste erga se amor, & fides placuisse videtur, cùm malle se diceret Zopyrum integrum membrorum videre, quàm viginti Baby-
Herod. d. loc. lonias alias urbes eodem modo acquirere occupatas. Verè autem

tem barbara non amoris & fidei, sed furoris ista ostentatio,
quam Turcarum tyranno, ejusq; Bassis, testante Augerio, etiam 36
spectaculi gratia milites exhibere solet, de qua re cùm rogatus
ipse auctor esset, quid judicaret: *Nolle se*, inquit, *in alterius gratiam ad eum modum togam & vestes suas dissecare, quo videat homines barbaros cutem & artus corporis sui dilaniare.* At Cancellarii Aug. Busq. in Epist. Const.
nostri fides extra justi & honesti cancellos nunquam digrediatur, & præclaram illam laudem Cyneæ potiùs, quàm veteris Araspæ amplexum mereatur. Ille siquidem optimo & prudentissimo consilio, Pyrrhi Regis sui regnum amplificabat, Plut. in Pyr. Xen. 6. pæd.
quodq; alii, ut Euripides cecinit: *Ne ferro quidem minace & duro* 37
verbere Martis, illud verborum suavitate, & admirabilis eloquentiæ robore expugnabat. Hunc verò, tradente Xenophonte, Persæ idcirco amplectebantur omnes, & amicè prædicatum à Cyro excipiebant, quòd transfugam cùm simulasset, singulari vafritie, 38
& calliditate hostes circumvenisset, atq; victoriæ iter ea ratione Regi aperuisset. Noster itaque omnibus studiis, & rationibus honestis Oratorem illum regium sequatur, sibiq; fide & integritate neminem prælucere & antecellere patiatur, quem- 39
admodū hac summa à majoribus accepta virtute veteres Germani sese omnibus nationibus, & populis anteposuisse leguntur. Tac. An. 3.
Quod enim præclariùs elogium Cancellarii esse poterit, 40
quàm quod de Johanne Weinlobio Jurisconsulto, & Cancellario Electorali Marchico, qui superioris seculi anno 58. ex rebus humanis excessit, scriptum his verbis legitur: *Vir ingenio, prudentia, consilio & fide præstantissimus.* Qua quidem præclarissima laude nobilissimus Proprinceps, & Vicecancellarius, cæte- Hildesh. in Orat. fun. Laur. Dist.
riq; tum temporis Consiliarii Cassellani, datis ad Rectorem, 41
& facultatis artium Decanum, reliquosq; Professores Academiæ hujus Marpurgensis, 20. Maji, An. superioris seculi 87. literis, quæ in scriniis Universitatis nostræ habentur, Reinhar-

42 dum Schefferum, Hassiç Cancellarium, qui ejusdem anni, Majo decimo, ad immortalitatem se receperat, dignissimè extulerunt. Literarum autem verba, ut ex abscondito tabulario in lucem & memoriam, qua digna sunt, revocentur, inter alia hæc sunt: *Cùm itaq. Deus Optimus Maximus superioribus diebus Reinhardum Schefferum, Hassiæ Cancellarium, virum pietate eximium, juris scientia excellentem, & rerum multarum experientia præstantem,*
43 *ex hac vita avocaverit, dignissimus certè ille est, qui honore orationis publicæ, eoq. quasi extremo ab Academia vestra afficiatur. Quàm multa verò, quàm egregia, & quàm præclara, atq. fidelia ipsius erga Illustrissimos Hassiæ Principes, Dominos nostros clementissimos, erga Ecclesiam, erga Rempubl. erga Scholas & literas, & deniq. erga universam patriam extiterint, & adhuc hodie extent, atq. appareant officia, & merita, novimus nos, qui aliquot annos cum illo viximus, nostis vos ipsi, norunt multi alii viri præclari, & Consiliarii, qui passim in aulis Electorum & Principum Imperii versantur, &c.* Hæc & plura alia istæ literæ, quæ vivam quasi explicationem quandam hujus nostræ, de qua agimus, fidei à Cancellario requirendæ comple-
44 ctuntur. Huc enim omnis optimæ fidei nervus, huc summa laboris & industriæ, ac consilii omnis eat, ut, quemadmodum

Hildesh. in d. Orat.

Lampertus, Electoralis Marchicus Cancellarius, eò omnes actiones suas contulisse prædicatur, cum Principe suo patria quàm maximè beata efficiatur. Atque hæc quidem firmissima hujus officii, & tanquam sacra anchora est, sine qua quàm plu-
45 rimi naufragium in hujus functionis pelago fecerunt. Nam,

Sleid. in illustr. rer. & Gall. desc.

quod de Connestablii, ut vocant, in regno Galliæ dignitate prodiderunt, eam multis calamitati & extremo exitio sæpè fuisse, quos alioqui vitæ conditio mediocris poterat omni periculo, & casui subducere. Idem de hoc munere prædicari tum
46 veteri, tum nostra memoria cognovimus. Nam in eo tanquam

l. solent 25. ff. de pœn.

Tarpejum aliquod saxum, ex quo veteris Romanæ pœnæ præcipi-

cipitium erat, positū, ac veluti scopelismo quodam lethali, cujus Ulpianus in legibus meminit, dignitatem Cancellarii notatam esse, multoties compertum fuit. *Vlp l.19. ff. de extr. crim.* Sed tamen pleriq; ipsi sibi scopulo fuisse videntur, cùm non eam, quam debebant, virtutem ad hoc officium attulerint, minoremq́;, quàm oportebat, fidei suæ, & integritatis, quæ instar Sideritis in hoc salo est, rationem habuerint. 47
Quamvis enim omnis eruditionis atque prudentiæ domicilium habearis, nemoq; in toto Imperio sit, quemadmodum eloquentissimus Sturmius de Julio Pflugio testatur, qui prudentiùs inveniat, puriùs eloquatur, & elegantiùs expoliat, aut vel ea ingenii magnitudine sis, ut, quod de 48
duobus Saxoniæ Consiliariis ad se missis, Stephanum Regem Poloniæ usurpasse ferunt, cùm diceret, se non dubitare totius *vide Leg. nost. lib. 2. c. 9.*
terrarum orbis gubernationem suscipere, si duos istos Nestoras suorum consiliorum socios haberet, idem de te quàm verissimè prædicari possit: tamen, nisi tanquam Leucotheæ, ut 49
in Ulyssis fabula est, vittam, candorem videlicet & fidem habueris, qua in muneris tui gubernatione nitaris, nihil profectò subsidii ex omnibus istis tuis donis adversum fluctus ingruentes reperies. *Hom. Odiss. 5.* 50
Hac verò virtute potissimùm, tanquam cortice, fractis tabulis, feliciter enatabis. Quemadmodum Hildeshemius de antea aliquoties nominato Albino Cancellario scripsit: *Parum aliquando abfuisse, quin ille in quodam gravissimo casu concidisset, nisi pietate duce & comite virtute fortiter eluctatus, exemplo omnibus bonis fuisset, Deum eos defendere, qui recta summo studio, & fide tueantur.* 51 *Hild. in ejus v.*
Si qui igitur iis naturæ vitiis imbuti fuerint, ut ad tanti officii fidem minùs idonei esse videantur, iis consultius 52
erit, quemadmodum de Petro Cotra, Alberti III. Imperatoris Cancellario, Sylvius ad Cancellarium Slickium scripsit, ejusmodi dignitatem nunquã attigisse. *Sylv. Epist. 42.* Nam & ille, etsi plurimum laboris in eo officio sustinuisset, quod tamen mala fide adver- 53

 sus

sus herum suum pleraq; egisse argueretur, cùm idem è sacerdotali genere foret, in vincula conjectus, ferreisq; compedibus
54 constrictus fuisse legitur. Inveniuntur siquidem complures, *quibus grave est tacere, à quibus*, ut Curtius rectè ea de re disserit, *res magnæ sustineri nullæ possunt, etsi natura illud facilimum esse voluerit*. At isti multò prudentius facient, si his & aliis functionibus, quæ maximam fidem, *& taciturnitatem, quæ optimum, atque tutissimum rerum administrandarum vinculum*, autore Valerio,
55 postulant, sese penitùs abstineant, & cum Philippide isto veteri Poëta, qui in Lysimachi Regis aula enituit, arcanarum rerum curam omnem tanquam anguem refugiant. Celebre enim illius verbum est, cùm ex eo Rex iste percontaretur, quidnám sibi vellet communicatum? *Quodlibet*, inquit, *modò ne quid rei arcanæ*. Sapienter ejus exemplo omnes, qui, cùm se cum Parmenone isto Comico, rimarum plenos agnoscent, quibus toti undiq; effluunt, de latam rerum secretiorum custodiam ultrò ipsi
56 tanquam pestem abhorreant. Sæpè enim in hoc officio contingit illud, quod apud Senecam in scena tragica canitur:

Tacere multis discitur vitæ malis.

Quod quidem patrum nostrorum memoria Ulrico Mordisio, Electoralis Saxoniæ Cancellario, homini eloquentissimo acci-
57 disse legimus. Nam cùm inter Cæsareos Consiliarios amicos quædam secus dixisset, quàm negotium, cujus gratia ab Augusto Duce Saxoniæ missus erat, postulabat, illamq; rem, quam suasu illius Principis à Cæsare impetratam volebat, clandestino sermone dissuasisset, malaq; fide mandatum peregisse ab æmulis argueretur, in gravissimam offensam Septemviri vocatus, non modò dignitate & officio, verùm etiam libertate pedis è limine domestico multos per annos efferendi caruit. Quamvis videri possit vir maximi ingenii, quemadmodum etiam juvenis, à Mariano Socino prædicatus fuit, nimia potiùs quàm

Curt. de reb. Alex. 5.

Chyt. Chr. l. 21.

Epist. Mar. Soc. apud Albin. in Chr. Misn.

quàm nulla fide deliquisse. Quid ita verò? Rem mecum diligentiùs perpendite. Inter Daniæ, & Sueciæ Reges, uti & hac 58
tempestate cùm hæc lucubrarem, bellum gerebatur. Danus per intercessionem Augusti sororii sui, Ducis, & Electoris Saxoniæ, ad Imperatorem missis legatis flagitabat, ut edicto publico omnem armorum, & commeatus merciumque invectionem è Germania in Sueciam prohiberet; missus erat ejus 59
rei conficiendæ gratia cum aliis Mordisius. At ille, cùm Succiæ Regem bello non necessario, quemadmodum etiam Carolum V. Cæsarem ipsum censuisse legimus, à Dano vexari existimaret, ratus præterea minimè è re Imperii fore, si, cùm bellum inter exteros agitaretur, commercia, & negotiationes Germaniæ, ad quam nihil prorsus inimicitiæ istæ attinerent, non sine gravi detrimento impedirentur, illud primæ, & summæ suæ fidei, quam se tum patriæ universæ, tum ipsum Septemvirum, & 60
Principem Imperii eidem debere censebat, convenientius esse duxit, si pro communi Germaniæ emolumento potiùs, quàm pro privata externi Regis cupiditate laboraret. Sed tamen satius & prudentius factum fuisset, si legationis causam, quam 61
ipse improbabat, non suscepisset, quàm quod susceptam contra mandati rationem deseruerit, de qua re alibi librorum nostrorum pluribus egimus. Nõ autem rarò hoc tum in hoc, tum in aliis negotiis publicis evenire solet, ut, dum summam fidem, ac diligentiam in rebus mandatis præstare multi contendant, 62
si fortè non omnia ex arbitrio, & voluntate Principis egisse, aut minorem compendii, vel etiam dignitatis rationem habuisse videantur, mala fide egisse omnia dicantur. De qua quidem re Sylvium aulicæ conditionis peritissimum graviter conquestū esse legimus: *Regum atria*, inquit, *petimus, Principum in oculis versari cupimus, quibus, etsi millies cum periculo vitæ servieris, modicum verò aberraveris, illicò pereunt omnia tua servitia, si semel non rectè* 63

Dreff. mill. 6.

Sylv. Ep. 42.

sus herum suum pleraq; egisse argueretur, cùm idem è sacerdotali genere foret, in vincula conjectus, ferreisq; compedibus
54 constrictus fuisse legitur. Inveniuntur siquidem complures, *quibus grave est tacere, à quibus*, ut Curtius rectè ea de re disserit, *res magnæ sustineri nullæ possunt, etsi natura illud facilimum esse voluerit.* At isti multò prudentius facient, si his & aliis functionibus, quæ maximam fidem, *& taciturnitatem, quæ optimum, atque tutissimum rerum administrandarum vinculum*, autore Valerio,

Curt. de reb. Alex. 5.

55 postulant, sese penitùs abstineant, & cum Philippide isto veteri Poëta, qui in Lysimachi Regis aula enituit, arcanarum rerum curam omnem tanquam anguem refugiant. Celebre enim illius verbum est, cùm ex eo Rex iste percontaretur, quidnam sibi vellet communicatum? *Quodlibet*, inquit, *modò ne quid rei arcanæ*. Sapienter ejus exemplo omnes, qui, cùm se cum Parmenone isto Comico, rimarum plenos agnoscent, quibus toti undiq; effluunt, delatam rerum secretiorum custodiam ultrò ipsi
56 tanquam pestem abhorreant. Sæpè enim in hoc officio contingit illud, quod apud Senecam in scena tragica canitur:

Tacere multis discitur vitæ malis.

Quod quidem patrum nostrorum memoria Ulrico Mordisio, Electoralis Saxoniæ Cancellario, homini eloquentissimo acci-
57 disse legimus. Nam cùm inter Cæsareos Consiliarios amicos quædam secus dixisset, quàm negotium, cujus gratia ab Augusto Duce Saxoniæ missus erat, postulabat, illamq; rem, quam suasu illius Principis à Cæsare impetratam volebat, clandestino sermone dissuasisset, malaq; fide mandatum peregisse ab æmulis argueretur, in gravissimam offensam Septemviri vocatus, non modò dignitate & officio, verùm etiam libertate pedis è limine domestico multos per annos efferendi caruit. Quamvis videri possit vir maximi ingenii, quemadmodum etiam juvenis, à Mariano Socino prædicatus fuit, nimia potiùs quàm

Chyt. Chr. l. 21.

Epist. Mar. Soc. apud Albin. in Chr. Misn.

quàm nulla fide deliquisse. Quid ita verò? Rem mecum dili- 58
gentiùs perpendite. Inter Daniæ, & Sueciæ Reges, uti & hac
tempestate cùm hæc lucubrarem, bellum gerebatur: Danus
per intercessionem Augusti sororii sui, Ducis, & Electoris Sa-
xoniæ, ad Imperatorem missis legatis flagitabat, ut edicto pu-
blico omnem armorum, & commeatus merciumque inve-
ctionem è Germania in Sueciam prohiberet; missus erat ejus 59
rei conficiendæ gratia cum aliis Mordisius. At ille, cùm Sueciæ
Regem bello non necessario, quemadmodum etiam Caro- *Dress. mill. 6.*
lum V. Cæsarem ipsum censuisse legimus, à Dano vexari existi-
maret, ratus præterea minimè è re Imperii fore, si, cùm bellum
inter exteros agitaretur, commercia, & negotiationes Germa-
niæ, ad quam nihil prorsus inimicitiæ istæ attinerent, non sine
gravi detrimento impedirentur, illud primæ, & summæ suæ fi-
dei, quam se tum patriæ universæ, tum ipsum Septemvirum, & 60
Principem Imperii eidem debere censebat, convenientius esse
duxit, si pro communi Germaniæ emolumento potiùs, quàm
pro privata externi Regis cupiditate laboraret. Sed tamen sa- 61
tius & prudentius factum fuisset, si legationis causam, quam
ipse improbabat, non suscepisset, quàm quod susceptam con-
tra mandati rationem deseruerit, de qua re alibi librorum no-
strorum pluribus egimus. Nō autem rarò hoc tum in hoc, tum
in aliis negotiis publicis evenire solet, ut, dum summam fidem,
ac diligentiam in rebus mandatis præstare multi contendant, 62
si fortè non omnia ex arbitrio, & voluntate Principis egisse, aut
minorem compendii, vel etiam dignitatis rationem habuisse
videantur, mala fide egisse omnia dicantur. De qua quidem re
Sylvium aulicæ conditionis peritissimum graviter conquestū *Sylv. Ep. 42.*
esse legimus: *Regum atria, inquit, petimus, Principum in oculis ver-
sari cupimus, quibus, etsi millies cum periculo vitæ servieris, modicum
verò aberraveris, illicò perierunt omnia tua servitia, si semel non rectè* 63
spueris.

spueris. Quæ etsi ad eum modum sæpiùs accidant, tamen nostro ipsa virtus, & cana fides satis magno precio erit, quam sola rectè facti conscientia æstimabit. Ut autem Tantali garrulitas
64 multis apud Iovem suum fraudi fuit: Ita vicissim veritatis reticentia, quæ perinde contra fidem, & integritatem Cancellarii committitur, plurimùm Principibus, & Reipubl. exitii afferre solet. Rarissima verò inventu apud Iovis filios in potentio-
65 rum aulis Veritatis professio! De quo defectu Ludovicum XII. Regem Galliæ sæpiùs conquestum esse produnt, cùm diceret:
Iov. in illust. *Se rerum aliarum omnium, quibus Regi opus sit, abundantia affluere,*
66 *excepta veritate, cujus inopia laboraret maxima. Quod magnis fastigiis plerumq; contingere*, scripsit Seneca, *ut, cùm omnia possideant, desit duntaxat ille, qui verum dicat*. Sed ô verè miserum Regem & Imperatorem, testimonio Capitolini, apud quem vera reticen-
Plat. in Epist. ad Dion. 1. tur! Perit enim ille, ut Plato ad Regem Dionysium scripsisse legitur, φίλων ἔρημος, inops, nudusq; ab amicis, quorum etsi, ut Se-
67 neca loquitur, multos in primis, multos in secundis, & tertiis multos vulgò habeant, nullos tamen veros habent. Verùm, ut Naso cecinit:

Ovid. meta. 6. *Agmen adulantum magnum procedit ab aula.*

Nam, ut vulgò à tribus Italiæ civitatibus ludunt, Placentini & Laudenses plerique omnes, nemo verò Veronensis, à quibus
Curt. lib. 3. hic fructus, ut Regum opes sæpiùs assentatio, quàm hostis evertat. At certè perjurus ille nō esse nō potest, qui bono consi-
68 lio juratus, cum aulæ cæteris mancipiis omnia Principis sui di-
Tac. 3. Ann. cta, & facta honesta, inhonesta juxta laudat: Imò perjurus
Hip. de Cons. Consiliarius omnis, judicio Hippolyti, qui, cùm se sententiam
69 dicturum, & consulturum ex animi sententia promiserit, veri-
Plut. in apoph. tatem contra conscientiam cælat, & byssina verba, cum mu-
70 liercista aulica, pro libertate mascula loquitur. At ingrata est, inquis, veritas, & odium etiam in communi vitæ via, & in caulis,

caulis, nedum in aulis parit. Ita quidem est, sed tu nobis audi contra Senecam: Odium qui nimiùm timet, ut regnare, ita consultare nescit. Audi Venusinum venusta gravitate canentem, *justum & tenacem propositi virum, non civium ardor prava jubentium, non vultus instantis tyranni, mente quatit solida, & si fractus illabatur orbis, impavidum feriet ruina.* Nec verò optimi quique 71 Principes veritatem, in qua salutem omnium consiliorum, & actionum suarũ sitam intelligunt, non suavissimè amplectuntur cum illo Regum omnium bonorum exemplo, cujus Musa sacra ita cecinit:

Horat. lib. 3. Carm.

Veritas simplex quibus est amori,
Hos amo, amplector, video libenter,
His mihi seros sociis senectus
Impleat annos.

Psal. 10. in par. Buch.

Tineas verò & sorices palatii appellabat veritatis occultatores 27 Constantinus Cæsar, & tanquam pestem à se aspellebat: Eutherium verò unum fidei, & veritatis spectatæ Consiliarium summo honore afficiebat. Sed & notum est Friderici III. Imperatoris votum, cùm quoties Consiliarii ipsius in curiam con- 73 vocarentur, dicere soleret: *Utinam duas res Consiliarii mei in vestibulo deponerent: ita foret, ut & mihi rectissimè ipsi consulerent, & ego ipsorum consilia quàm facilimè dijudicare possem.* Interrogatus autem quid rerum illud esset: *Simulatio*, inquit, *& dissimulatio*, Noster illud diligentissimè observet, ut tametsi, quod Hippolytus Consiliariũ facere sine animi vulnere posse autumat, Principis sententiæ, & factis interdum applaudat, & multa, quæ sine majore incommodo fiunt, perferat, multa etiam occultet & tegat: in consiliis tamen, & negotiis publicis veritatẽ nunquam silentio premat, nunquam dissimulet. Hic verò mihi no- 74 ster illum Constantini Eutherium referat, de quo Marcellinus, *quem*, inquit, *si Constans Imperator ex adulto spectasset plenum justi*

Euse. in vita Const.

Sylv. in com. de d. & fact. Alph.

Am. Marcell. lib. 16.

justi consilii, honestaq; suadentem, & recta, nulla vel venia certè digna peccasset. Referat illum, quem suprà nominavimus,
75 Helvidium, qui ne mortis ullius metu, quin, quod rectum, verumq; esset, liberè diceret, deterreri potuisse legitur. O vera
Arr. Epist. l. 3. c. 1. 10. in. Cæs. l. 44. Epist. 108. antiquæ virtutis pectora! inter profanos illa? Quid? inter Christianos non esse, annón extremi pudoris erit? At ille etiam
76 trium Cęsarum Cancellarius, quem, ut idem scribit, vel miranda fati clementia, vel singularis virtus atq; præstantia, quæ in
Sylv. Epist. 166. paucissimis hominibus reperitur, inter aulicos primores potentem reddidit, adulationis opprobrium effugere non potuit,
77 cùm Brunorius Veronensis coram Cæsare Sigismundo liberè diceret, eum tantam ipsius gratiam non nisi assentando meruisse. Quod neque Imperator negasse videtur, cùm eidem responderet, ita comparatum esse, ut omnes ferè Principes dum vitandos adulatores esse dicerent, tum maximè illis aurem
Idem in Com. de dict. & fact. Alph.
78 darent. Adeò veritas, quod ille ait, alio tamen sensu, in profundum rejecta, ut qui fortiter eam dicat, cum Domitio illo apud
A. Gel. l. 18. c. 7. Gellium desipere, & insanire vulgò judicetur. Quanquam neque nostrum velimus ad eum modum dicere, ut neque respe-
79 ctum temporis, neque modi habeat, quod ibidem in Philosopho isto reprehendit Philosophus. Nunc verò, ne nimis multi in hoc capite simus, quod rei caput est, Morvillerio nostro ante omnia tenendum damus. Quid illud? Ex quibus Feudum coaluisse putant, eas literas ille perpetuò non solùm ante oculos, & ora, sed etiam imâ mente repositas habeat, factisque omnibus exprimat: Fidus ero Domino usque meo. Esto, & Feudum ac præmium fidei tuæ feres, exemplo multorum, qui,
Bod. lib. 1. c. 10.
80 ut infrà ostendetur, hujus muneris fideliter administrati fructum uberrimum inter Regum, & Principum Fideles relati reportarunt. Nam quò virus illa his præsertim moribus & temporibus rarior, secundum verbum illud, quo Fridericus II. Rex

Daniæ, nostra memoria utebatur, cùm diceret: Fidem esse ferinam, Germanicè: Trew ist Wildbret/eò præclarior ejus merces, & præmium esse debebit. 81

CAP. III.

De Justitia.

Fides fundamentum est justitiæ, ut loquitur Tullius: Non 1
incommodè itaq; hanc illi subjungimus, cujus sacerdotem Cancellarium esse oportere suprà quoque monstravimus. Ædes enim, & delubrum justitiæ Cancellaria est, unde eadem dicasterium appellata, in qua Themis Iovi in solio sedenti assidet. Nam inter officii partes, quibus Galliæ Cancellarius fungitur, 2
illud etiam à Iohanne Montano numeratur, ut paulò ante ostendimus, cùm scribat, *cum excelso justitiæ tribunali præesse*, atque idcirco inter alia doctrinæ præsidia necessaria juris studium quàm maximè à Cancellario requisivimus. Quod autem præclarissimè de Servio Sulpitio Tullius prædicasse legitur, *Cic. Phil. 19.*
cùm scripserit, eum nō magis Juris-Consultum, quàm justitiæ 3
fuisse, cùm quæ à jure, & à legibus proficiscebantur, semper ad facilitatem, æquitatemq; retulisset, neque instituere litium actiones maluisset, quàm actiones tollere: idem de nostro verissimè prædicatum volumus, ut, quod de Aristide dictum olim 4
à Græcis esse legitur, non videri & nominari, sed revera esse velit sanctæ justitiæ studio justus. Laudatur Sulpitiana illa jurisprudentia & æquitas in Johanne Clotzio, Cancellario olim Hassiæ, apud Principem Ludovicum, augustæ mem. referente 5
Jurisconsulto Regnero Sixtino, in oratione, quam in honorem defuncti edidit. Magnifica profectò boni Cancellarii virtus, 6
quam jure omnes complecti, & diligentissimè sequi debebant. Solet autem contrà non rarò accidere, quemadmodum de suę

Duar. in Orat. habit. in coept. Nicol. Beg. ætatis moribus, conquestus Jurisconsultus Duarenus esse legitur, ut qui doctissimi Jurisprudentiæ haberi velint, eo animo sese in forum, & curiam conferant, quo quæstum faciant, quo
7 jure, quâq; injuria, & ut litibus inter mortales serendis operam & studium navent, sibiq; persuadeant in eo civilis studii, & ingenii gloriam positam esse, si, ut Poëta loquitur:
8 *Candida de nigris, & candentibus atra*
Duar. ibid. in omni sibi obvia causa efficere queant. *Quo quidem scelere*, ut Jurisconsultus exclamat, *nihil est in Republ. gravius, aut animad-*
9 *versione dignius*. Ex quo illud etiam vulgò contigit, ut juris peritia malè ceperit, non solùm apud plebeculam, sed etiam apud Reges & Principes pejus audire, & in contemptum, ac odium indignissimum vocari. Quis enim non cognovit illud, quod in hac re literatissimo Principi Matthiæ Ungariæ Regi, avorum
10 memoria acciderit? Quid verò? Cùm Itala uxore, Beatrice, Ferdinandi Neapolitani Regis filia, ducta, unà in cancellos regni
Duar. d. loc. Bod. lib. 5. de Rep. c. 1. n. 511. sui Jurisconsultos peritissimos magna mercede accitos deduxisset, ut rudiori populo subtilior quædam actionum, & judi-
11 ciorum formula præscriberetur, factum illorum opera esse dicitur, ut, ubi antea lites nullæ fuissent, maximus proventus earum nasceretur, totumque propè regnum tanquam nova lue
12 tantùm exardesceret, ut, rogatione populi, eos ad unũ omnes
Bod. d. loc. expellere cogeretur. Laudant itaque illud prudenter factum esse, quod Ferdinandus Hispaniæ Rex, inter alia Vicario suo in
13 Indiam Occidentalem mittẽdo, in mandatis dederit, ne ullum unquam Jurisconsultum eò pervenire pateretur, quò litium semina, quæ, cùm nulla ibidem reperirentur, per eosdem unà posse importari existimabat, regionibus istis novis prorsus arcerentur. Sed & in Legato meo dixi, quo animo Fridericus II. Daniæ Rex, longè optimus erga pragmaticos fuerit, cùm rerum experientia compertum haberet, justitiam & æquitatem à mul-

à multis prostitui, qui eam quàm maximè colendam atq; tuendam profiterentur. Quod neque ejusdem studii homines infiari possumus, quorum multis propter incredibilem tam divinæ scientiæ abusum, studium ipsum incipit tœdio, & odio esse. Quemadmodum de Hieronymo Schurfio, integerrimo justitiæ antistite, prædicant, illum dicere eam ob causam solitum fuisse, nolle sese quenquam suorū liberûm, tametsi decē filios ingenio habiles nactus esset, juris studiis adhibere, quòd, uti Waremundus etiam nuperè scripsit, & turbata omnis Romani juris scientia hodie esset, &, ut Galliç Jurisconsultus, pro Sulpitiana justitię, & ęquitatis arte plerunq; litigandi, cavillandiq; via disceretur. Etsi autem nulla non studia, & disciplinæ cavillationum telis propter abusum sui obnoxiæ sint, tamen eò studiosior declinandi omnis opprobrii Cancellarius noster esto, quò magis officium suum, tanquam signum quoddam ad sagittam, hominum judiciis, & animadversionibus expositum esse animadvertet. Ut enim nævus in formosa facie conspectior: ita in hac sublimiore dignitate faciliùs, quę vis etiam minima menda notatur. Inprimis itaq; Cancellarius justitiā summo studio colet, quæ, ut Cic. testatur, *plus etiam ad fidem faciendam pollet, quàm prudentia, à qua maximè boni viri appellantur.* Ex veteribus Romanis audis quondam, nescio, quem hoc verbo prædicatum: *Citiùs Solem potuisse à cursu suo dimoveri, quàm illum recta & justa mente.* Quæ quidem inter plurima laudatissimi Poloniæ Regis Stephani elogia præclarissima gloria legitur, cùm Varsevicius, gravissimus regni Senator & legatus scripserit: *Tanta eum justitia fuisse, ut vita prius, quàm recta sententia decedere voluerit.* Verè regius, & divinissimus, & cum antiqua heroum virtute comparandus animus! Quo non minùs præditū Cancellariū esse oportet. Nā quemadmodū vulgò ferunt, aut Regem fore, aut Regis animū habere oportet Consiliariū: quàm

Margin: 14 (line 1); *Luth. in serm. conv. tit. de juris civ.*; 15; *War. de reg. subs. c. 15. n. 4.*; 16; *Duar. in d. Or.*; 17; 18; 19; *Tull. de Off. 3.*; 20; 21; *Vars. in Orat. fun. Steph. R.*

R 2 maxi-

maximè autem necesse erit, ut cùm Papiniano, qui omnibus
22 perillustri exemplo est, qui in hoc munere præcelso cōstituuntur, securim malit perpeti, sanguinemque suum profundere, quàm contra jus, & æquum vel minimùm quicquam dicere, nedum agere. Apage verò Gallice interpellator cum tua nova ista prudentia, qui omnibus ævis collaudatum facinus insipientię coarguere audes, quem omnes prudentes, & justi homines idcirco meritissimè refutant. Tu contra noster æternam Æmylii laudem sequere, & præmium illud, quod Deus ipse ju-
23 stitiæ cultoribus promisit, certissima spe tibi præsume. Quàm verò verendum est, ne è profanis gentibus justitiæ ille sacerdos incomparabilis, isto supremi judicii die sit assurrecturus, atque
24 multos in Christiana Republ. eodem munere perfunctos condemnaturus? Vidit superior ætas, vidit nostra tristissimos quorundam summorum in hac dignitate virorum casus, quos nemo hominum temerè accidisse, sed tanquam aliquod Sisamnis
25 in tribunali coriū fuisse judicavit. Memoria etiā nostri homines tenent Joachimi Bohemiæ Cancellarii memorabilem interitum: Cùm enim ad comitia Imperii Vienna egrederetur, confertus, ut scribitur, machinis atque iniquis consiliis adversus puriorem Ecclesiam, & Rempubl. in Danubiani pontis transitu, rupto jugo, fluviis unà cum cisio, & jumentis submersus
26 est. Quis verò Seldii Procancellarii præcipitium non cogno-
27 vit, cùm in legationis Cæsareæ itinere ex prædio suo domum contenderet, è rheda, qua cum Zasio collega vehebatur, delapsus, varii consilii cerebrum saxo illisit, atque miserabiliter periit; Comes verò ejusq; successor lacerto fracto, vitam è periculo mortis non sine maxima difficultate eripuit. Eodem ferè fato Adamus Traziger, Holsatiæ Ducis Adelphi Cancellarius
28 interiit, mirabilis memoriæ, & excellentis ingenii Jurisconsultus, celebris olim in Balthica Rosarum Academia Professor, cùm

Bod. de Rep. lib. 3. c. 4. Heig. in Orat. de Pap.

Dan. c. 9.

Chyt. Ch. l. 21. sub an. 65. Mich. Sax. in Imp. sub Max. II.

Nean. in spec. hum. v.

cùm, ad exemplum Ravennatis, leges omnes tanquam in digitis recitaret, & memoriter omnia doceret. At ille tandem, veluti Hippolytus ille in fabulis, è curru dejectus, & à propriis raptatus atque dilaceratus quadrigis miserrimo modo occidit. Atqui plura ejusmodi exempla recitari ex hoc munere possent. Quamvis autem non tam eventu, ac vitæ exitu, quàm anteactæ ætatis ratione, suprema cujusq; hominis æstimanda esse censeam, tamen Silvæ turris ruina atq; strages, teste cœlesti nostro magistro, omnibus exemplo, & terrori esse debet, ne simili pœna etiam alii corripiamur. Lubricus autem per se omnis gradus aulici officii est, at eò lapsu proclivior hujus muneris via, quò in altioribus negotiis, & consiliis, tanquam in Bellerophontæis remigiis, alisq; versatur, neque omninò abs re esse videtur, quod in honoribus aulicis exercitatissimus Sylvius scripsit: *Mihi hercle*, inquit, *nō fit verisimile in curiis Regum ac Principum, ubi vitia regnant, ubi tot irritamenta ab exercitio virtutum animos subducunt, virum aliquem bonum posse perseverare. Namq;, ut sessor bonus in equo retrogrado, vel calcitroso excutietur, dilabeturq; tandem: sic vir bonus, & justus apud Reges diffluet, vel imminutus rerum licentia, ac luxu, & tot immunditiis tum vitiorum, tum hominum circumventus declinabit à via, & in scopulos irruet, ventorum viribus actus, & tempestatum.* Veteri multarum aularum mancipio credemus, qui suo ipsius exemplo, quæ scripsit, talia ipse comprobavit. Honorum enim maximorum venti quàm inconstantem hominem, quàm varium, & versatilem reddiderunt? Ipse sibi tandem displicuit: Quæ Æneas scripserat, Pius II. cùm factus esset, calceis, & nomine mutato, refutavit, rejecit: *Pœnitentia immodica*, inquit, *pudorq; ac mœror animum nostrū vehementer excruciant*. Hypocrisis! Æneas præclariùs sentiebas, ac melius vivebas, quàm postea, cùm Pius ille evasisses. Sed tamen, Æneam ipsum de sua vita audiamus: *Ego, mi Iohannes,*

Mollem. de obit. ejusd. in carm. ep.

29

30

31 *Sylv. de mis. cur.*

32

Epist. 395.

33 *Ful. Brut. auth. c. crim fals.*

Epist.92. Epist.89.

nes, inquit, *satis erravi, & nimium satis: jam me recognosco, & utinã non sit tarde: mancipia sumus, & fortasse jumenta, qui alienum panem mordemus.* Nolim omninò id nostrum cum isto fieri, & in Apu-
44 lejum aliquem, bolo, & offa aulica converti, omnĩ tum recta
45 sentiendi, tum æqua dicendi libertate amissa. Qua quidem peste, justitia, quæ firmamentum Reipub. omnis habetur, cuncta extinguitur. Illa verò sublata, regna in latrocinia degenerant, teste Hipponensi patre & antistite, rerum divinarum, huma-

Aug.l.4.c.4. de civit.Dei.

46 narumq; peritissimo. Laus autem longè præclarissima illa est, qua Sylvius scribit au&ctoritatem, nomenque Ludovici Hassiæ Landgravii, cognomento, Mitis, præ omnibus aliis Europæ Principibus floruisse. Quæ illa? *Fuit legum*, inquit, *cultor, quas sibi patrio sermone exponi jussit, quoties coram ipso causa ventilata est:*
47 *neq, eum unquam compertum est, iniquam sententiam tulisse.* Dignissima justitia, & æquitas tanto Principe! qui etiam, cùm ad Imperii gubernationem suscipiendam legitimè à Suffragatoribus
48 septem electus, invitaretur, major per ejusdem recusationem, quàm multi per administrationem evasit. Utinam verò idem de omnibus tribunalibus, & dicasteriis, atque curiis prædice-
49 tur! Ex eo profectò foret, ut quàm minimùm istius querelæ hinc inde audiretur, de qua etiam Hippolytus in Principe suo scripsit: *Quot, bone Deus*, inquit, *litium hodie dilationes, quot rerum subterfugia, quot pragmaticorum fraudes, & veteratoriæ imposturæ reperiuntur? quot judicum fastidia, & fastus, quot indignitates devorare necesse est?* At illud ne ad eum modum fiat, Cancellarii
50 inter alia maximum munus est, omnibus justitię partibus optima quaq; ratione prospicere. Quemadmodum hoc studio, &
51 diligentia singulari fuisse ille, quem sæpiùs nominavimus, Lampertus celebratur, de quo etiam in funebri carmine canitur:

Hipp.in Princ. c.4.

Mellem. de obi. Lamp.Dist.

Non tam constituens forensę bellum,

Quàm

Quàm causas revocans ad æquitatem,
Et blandè satagens secare lites,
In gyrum rationis, & patronos
Causarum, fuit ut necesse, duxit.

Quod quidem ad officium boni, & fidelis, justitiæque dediti
Cancellarii inprimis pertinere, Melchior ab Ossa, ipse olim E- *Melch. ab Oss. in prud. reg. c. 7.*
lectoralis Saxoniæ Cancellarius, in Prudentia sua, uti vocatur,
Regnativa, diligenter monuit: Monuit idem per verba Iosa- 51
phati divinum Oraculum: *Videte*, inquit, *quid faciatis, non enim*
hominum judicium, sed Dei exercetis, & quodcunq; judicaveritis, in 52
vos redundabit. Audi ista noster, & altissimo animo impressa te-
ne. *Nam, ut aliis æquus, aut iniquus fueris: ita quoq; Dei judicium ex-* *Cam. hist. med. c. 33 p. 1.*
spectabis. Quemadmodum autem hæc verba postibus curiæ
Ratisbonensis inscripta legimus: Ita utinam non modò omni- 53
bus cancellis, & dicasteriorum parietibus, verùm etiam cun-
ctorum Consiliariorum, & Cancellariorum, ac judicum sensi-
bus perpetuò infixa, assiduisq; eorum cogitationibus obversa-
rentur, seque ipsi ejus vocis, & sententiæ cuncti admonerent,
quam Ferdinandus Imperator longè optimus ad Cancella- 54
rium suum, quem suprà nominatum audistis, dixisse fertur.
Cùm enim ille viduam quandam, supplices preces Cæsari ob-
laturam, repulisset, idque Imperatoria majestas conspexisset: *In hist. Ferd. Mich. Sax.*
Heus, quid agis, inquit, *nisi pauperes audiamus, neq; nos Deus exau-*
diet in nostris necessitatibus. Macte esto pietate, & justitia perpe-
tuùm, divine Princeps; Ita enim est, quod ais, & illud eventu
certissimo confirmavit nobis ille Dei Sapiens: *Qui occludit au-* 55
res suas ad preces pauperum, ille rursum clamabit, neq; exaudietur. Hoc
verò ad eum modum multoties fieri solet, ut Principibus &
Dominis ipsis ministri, & famuli difficiliores aditu habeantur.
Notat autem hanc multorum Cancellariorum consuetudi- 56
nem, camq; malignitatem quandam appellat Sylvius, ut roga- *Sylv. Epist. 302*
ti, &

57 ti, & interpellati multis vicibus, etiam illas, quas jussi sint ex-
Epist.296. pedire literas, insuper habeant, cùm vel affectus aliquis, utpote
ira, odium, amicitia, obsessos animos teneat. Quibus quidem
Epist.306. vitiis non modò se ipse, sed etiam universam curiam deformas-
58 se Ulricum Episcopum, Cancellarium Austriæ, apud Frideri-
cum III. idem testatur, cùm Cæsaris gratiam erga alios impe-
dire sæpè esset conatus. At idem postea neque Dei, neque ho-
Sylv. in Eur. c.21. minum gratiam invenire poterat, cùm in seditione Ciliæ ad
templi asylon confugeret, quò minùs ex eo abstractus in vin-
59 cula conjiceretur, parumq; abesset, quin ipse Cæsar in easdem
agrestis furiæ manus pervenisset. Ita autẽ sæpenumerò unius
60 injusti hominis pœna in multorum caput, & ipsius quandoq;
Principis periculum redit. Quod agnovisse etiam in militibus
Chyt. in Orat. de vit. Car. V. suis Carolum V. Cæsarem legimus, cùm ad Albim nostrum
diceret, certò sese scire, calamitas si qua fortè rebus suis immi-
61 neret, eam non aliunde, quàm propter nequitiam suorum Hi-
spanorum sibi obventuram. Multò itaque magis injustitia, &
62 iniquitas, si quæ in cancellis & tribunalibus dominatur, Princi-
pi ipsi perhorrescenda, ne gravissimũ detrimẽtum, & exitium
cõmune ferat. Illa enim in causa esse pronunciatur, quamob-
63 rem regna, & imperia ab antiquis familiis, & gentibus ad na-
tiones alias, ac populos traducantur. Sed quid de hac re plura?
Pl. d. Leg. 3. Finio caput, & finem Platonis sententia obsigno: Φθείρει δὲ ἡμᾶς
ἀδικία, καὶ ὕβρις, σώζει δὲ δικαιοσύνη, καὶ σωφροσύνη, μετὰ φρονήσεως ἐν ταῖς τῶν θεῶν ἐμ-
64 ψύχοις οἰκοῦσαι δυνάμεσι. *Injustitia,* inquit, *& injuria vitæ perniciem af-
ferunt: justitia verò, & continentia cum prudentia res huma-
nas conservant, & tuentur, quas quidem virtutes
ii, qui animo divino præditi sunt, ma-
ximè complectuntur.*

CAP.

CAP. IV.

De fortitudine & constantia, animiq; magnitudine.

STOicorum definitio à Tullio comprobatur, cùm dixerint fortitudinem esse virtutem, quæ pro æquitate pugnet. Ea itaq; nostrum Cancellarium, tanquam thorace aheneo indutum, & lorica Achillea ante alios armatum esse oportet, qui pro justitia & æquitate nihil non periculi suscipiet, nihil, quod ad munus suum pertinere arbitrabitur, timidè & trepidè aget, sed animo libero & imperterrito non modò fortunarum opumq; omnium, sed etiam vitæ jacturam veritatis, fidei, justi & æqui defensioni posthabebit, secundum illud, quod ex Poëta paulò antè de justo & tenace propositi viro cecinimus. Helvidius autem hîc rursum ante oculos tibi versetur. Quid ille? Cùm Cæsar minaretur ei interitum, si liberè sententiam suam diceret. *Ego me*, inquit, *tibi dixi mortalem esse: tu tuum facies, ego meum: tuum est occidere, meum mori pro veritate non trementem.* Atque ea animi firmitate inter justitiæ sacerdotes, Æmylius æterna gloria apud omnem posteritatem celebratur, cujus adversus securim, omnis adversitatis & necessitatis supremæ animum securum suprà quoque ostendimus: Patrum verò memoria Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, excellenti ingenio, ac doctrina & eloquentia clarissimus, ut à Chytræo Theologo & historico prædicatur, virtutis hujus memorabile exemplum sua morte reliquit, quam æquissimo animo perferre, & ad manes ire, quàm Regis iniquissimæ sententiæ manum dare malebat, secutus Thomæ Cantabriensis Archiepiscopi, & Cancellarii, antecessoris sui magnitudinem, qui ob invictum æquitatis tenorem, ut Godefredus loquitur, ab Henrico III. Rege

Marginal notes: *Tul. de off. li. 1.* — 1 — 2 — 3 — *Arr. in Epist. lib. 1. c. 2.* — 4 — *Chyt. Sax. Chr. lib. 14.* — 5

6 Rege Angliæ obtruncatus, & propterea inter martyres divos
Godefr. Mon. in An. sub A. 1172. repositus esse legitur. Quæ quidẽ togati hujus muneris forti-
tudines domesticæ non inferiores militaribus, nec laudis mi-
7 noris sunt, testante etiam Tullio, quàm eorum, qui cùm in hac
Tull. de off. li. 1. dignitate literaria versarentur, non tam domi literas, quàm
8 foris arma exercuerunt. Quanquam enim illustris, vereq; ge-
nerosi animi sit, quòd multos hodie in scutis & scitis circum-
ferre videmus, literis simul & armis pollere, laudisq; Impera-
toriæ proprium habeatur, nõn solùm legibus, sed etiam armis
9 decorari: Tamen in hoc officio literario longè præclariùs est
arma togæ, ut Tullius cecinit, cedere, easq; artes & studia præ-
fulgere, in quibus dignitatis hujus lux & splendor potissimè
10 enitescit. Cancellarii verò officium non ad pilum, sed ad sty-
lum exercendum institutũ est, ac ad pacis tempora totum sese
confert, cui idcirco non sagatus & paludatus bellator, sed to-
gatus & eruditus Orator est adhibendus, cujus fortitudo pru-
11 denter & rectè usurpata, majoris & triumphi & victoriæ esse
videtur, quàm quæ armis ab hostibus reportatur. Illa enim
ipsi Reges & Principes superantur, qui nullis maximorũ Impe-
riorũ viribus vinci & expugnari poterunt. Cedunt namq; tuis
consiliis & verbis, quos nullis telis missilibus & verberibus co-
12 gere valebas. Exemplo Burgundicus ille Dux Philippus esto,
cujus suprà meminimus. Quid ille? Cancellarii sententiæ
suam subjicit: animum priorem abjicit: Cancellarii mentem
assumit: fortitudine & constantia unius togati viri frangitur,
qui nullo potentissimorum armorum metu debilitabatur. O
13 palma! ô tropæum incredibile! Etsi itaque complures etiam
in præliis fortissimi pugnatores fuisse ex Cancellariis memo-
14 rentur: tamen illi ad hanc Papinianeam fortitudinem, qua no-
strum præditum esse oportet, non referuntur. Nulla autem
non ætate extiterunt, qui contra, quàm fortissimus Sfortia, te-
ste

ſte Jovio, dicere ſolebat, ſe eadem manu, qua ferrum tractare 15
didiciſſet, ſcribere, & calamum ducere nō potuiſſe, in hoc offi- *Lov. in v. illuſt. c. 81.*
cio utrunq; præſtiterint, & tum bellicis, tum politicis artibus
ac ſtudiis incubuerint. Suprà quidem Caroli Magni noſtri
Cancellariū Rubbertum audivimus, quem tanta Martis glo- 16
ria & felicitate contra Normannos, Imperii hoſtes, emicuiſſe,
ut Machabæi nomen meruerit, annales ejus temporis celebra-
runt. Nominati itidem antea Friderici I. Imperatoris duo Can- 17
cellarii, alter Reinholdus, vir ſapientia & induſtria admirabi-
lis, in quo maxima pars Imperatoris erat, ut Godefridus Mo- *God. Mon. ſub an. 1167.*
nachus de eo retulit; alter Philippus nobilis de Hinſberg, qui 18
ſuperiori ſucceſſit, uterq; Archiepiſcopi Colonienſes, graviſ-
ſima bella in Italia, maxima cum ſanguinis humani effuſione,
auſpiciis Cæſareis geſſerunt. Chriſtiani verò Moguntini Ar-
chicancellarii ſuprà depicta caſtra dedimus, qui, ut Crantius *Crant. Sax. lib. 6. c. 36.*
ſcribit, ad finem vitæ ſuæ Lombardiam bellis vaſtavit. Idem de
Johanne, Henrici VI. Cancellario, & poſtea antiſtite Treviren- 19
ſi monumenta teſtantur, eumq; nihil aliud per omnem æta- *Cat. Ep. Tre.*
tem præter arma in bellis geſſiſſe prædicant. Quid verò veteri- 20
bus exemplis longiùs immoramur? Patrum ætate memora- *Laut. in tr. de lit. & ar.*
bili prælio Helvetii à Galliæ Cancellario Antonio de Pratis, 21
regnante Franciſco I. profligati. Noſtra denique memoria o-
mnium fortiſſimorum hominum, atque adeò ipſius Bellonæ, *Heid. de bell. Moſc.*
nedum Poloniæ ſuæ, oculos & ora convertit in ſeſe Sarmata-
rum Cancellarius Zamoſcius, qui Martis & literarum munia 22
ſuprema eadem manu feliciſſimè adminiſtravit. Iiſdemq; tem- 23
poribus Livonia duos barbaros Magni Ducis Moſcoviæ ty- *Henn. in Chr. Liv. part. 3.*
ranni Cancellarios contra ſeſe bello fulminare vidit. Nec mi-
nùs armis quàm literis meruiſſe illum ſæpiùs adductum Cæ-
ſarum trium Cancellarium Caſparum, Bruſchius teſtatur. At- *Bruſch. in deſc. Egr.*
qui hi quidem, quos nominavi, compluresq; alii, videntur re 24

ipsa expressisse illud, quod olim in Mercurii & Martis simula-
25 cro, quos sub una effigie sculptos prisci habebant συμβώμους, &
Had. jun. in Emp. unius altaris socios, adumbrabant, cùm ea imagine significarent artes ac disciplinas liberales, cum militari studio conjungi quàm commodissimè posse. Quod quidem neque hodie quisquam sanę mentis improbare poterit. Neq; summa non admi-
26 ratione & prædicatione tum præsentis, tum futuræ ætatis dignissimus Philippus de Morny, armorum & literarum usu longè exercitatissimus ac nobilissimus Gallus, qui nõ vanæ osten-
27 tationis, sed virtutis meritissimæ ergò verè, heroicũ illud Symbolon illustri clypeo & in signibus suis gentilitiis præfigit, *Marte & Arte*, quorum utrunque ita excultum dedit, ut unus ad ea perficienda natus esse his temporibus videatur, bellator simul & orator bonus, imò, quod magis admireris, optimus Theologus, & nulli veterum non comparandus. Sed tamen, quemad-
Cic. pro dom. modum Ciceronem dixisse legimus: *Boni Senatoris esse, semper in*
28 *senatum venire:* Ita Cancellarii nostri esse, nunquã non in can-
Plaut. in Amph. cellis & in curia sua versari, judicamus. Nam quod Comicus de militari gubernatione sensit, cùm scripserit: *Ubi summus Imperator non adest ad exercitũ, citiùs, quod nõ facto est opus, fit, quàm quod*
29 *facto est opus:* Idẽ usurpari verissimè de officio Cancellarii posse, longa observatione compertũ est. Notavit hoc in jam antè
30 adducti Antonii de Pratis Galliæ Cancellariatu Boërius. Cùm
Boër. dec. 88. p. 1. enim ille in armis versaretur foris, nec modò causas ad se in judicio pertinentes, verùm etiam sigillum & ceram suam aliis committeret, falsi criminibus laxissimam domi fenestram ape-
31 ruisse animadvertitur. Nec Zamoscius effugere potuit Polonorum reprehensiones & opprobria, teste Reinholdo, regio
Heidenst. de bell. Mosc. li. 4. Secretario, cùm dicerent hominẽ à pueritia literarum studiis deditum, & in Gymnasiis Italiæ versatum, Cancellariatui qui-
32 dem administrando aptiorẽ, quàm exercitui ducendo haberi,

neu-

neutrum tamen, cùm utrunq; ambitiosè affectet & moliatur, ab eo rectè curatum dari. Siquidem facilè non credendum sit, 34
perhibente etiam Imp. Justiniano, unum hominem duabus rebus necessariis, nedum summis istis duobus officiis sufficere. *l.14.C.de assess.*
Quamobrem personæ atq; muneri suo convenientiùs noster aget, si Christianum II. potiùs Archiepiscopũ Moguntinum, & 35
Imperii Archicancellariũ, quàm ejus nominis primum istum, in eadem cathedra bellatorem, sequatur. Hic enim cùm admonitus esset, ut antecessoris cognominis exemplum imitaretur; *neq; Episcopi*, inquit, *est pugnare, sed orare, neque Cancellarii* 36
gladium, sed calamum expedire; imò & consilium, addimus, tanquam præstantissimum gerundi belli instrumentum, quo vel *Cat.Episcop. Mog.*
cæteræ omnes machinæ reguntur. Parvi enim sunt arma foris, Tullio docente, nisi sit consilium domi, cujus quidem *Cic.de off.1.*
gratiâ etiam noster, si necesse sit, exibit, secutus exemplum 37
Procopii, Justinianei Cancellarii, de quo ante diximus, modò ne Phormio sit, & Hannibali præscribere conetur ea, quæ non tam literis, quàm experientia longiore cognoscuntur, sed ut historica doctrina instructissimus, in rebus similibus, quæ in disceptationem deducantur, quid priores secuti sint, quid egerint, edisserat. Hac enim ratione modoque Severus, militiæ prudentissimus Imperator, cùm de rebus bel- 38
licis consultationes susceperat, Veteranis ducibus castro- *Lamp.in v. Sev.*
rum peritis, adjungebat homines literatos, & maximè eos, qui in rerum gestarum cognitione & prudentia historica ver- 39
sati erant. Sed ad fortitudines domesticas nostrum revocamus, in quibus, secundum Tullii verbum, plus operæ studiiq; ei erit ponendum, ut firmiter atq; constanter & sentiat, & dicat, & agat omnia. Nihil enim viro, qui in civili provincia versatur, indignius, quàm, quod etiam exprobratum Principi 40
Oratorum legimus, aliud stantem, aliud sedentem loqui. Nam

41 fœminarum eſt inſtabili ſenſu hinc inde vacillare, quarum id-
l. 1. C de ind. vid. tol. circo conſilia, propter judicii inopiam, laborare contra propria
commoda Imperator ſcripſit. Sed inveniri quoque in ſenatu
42 multos & in conſiliis, ex Salluſtio didicimus, *qui ex aliorum li-*
bidine huc illuc fluctuantes agitentur, atq; interdum alia, deinde alia
decernant, & ut eorum qui dominantur, ſimultas atq; arrogantia fe-
43 *rat, ita bonum malumvé publicum exiſtiment.* Qui quidem non
Cer. de Conſ. Conſiliarii, ſed adulatores, teſte Ceriola, dicendi, quorum cer-
tiſſimum ſignum & nota eſt, qua agnoſcantur, ut idem eos
prodidit; ſi quod hodie approbarint, cras improbent, & nun-
quam contrarium voluntati & gratiæ Principum aliquid ve-
lint aut nolint. Sunt autem illi perſimiles iſtis Medicis, de qui-
Gal. in lib. de Meth. Cur. bus Galenus cōqueritur, eosq; dicit peſſimos eſſe, cùm tamen
vulgò audiant optimi, qui febrientibus gelidam porrigant, eo-
44 rumq; arbitrio in omnibus rebus gratificentur, modò in bal-
neas volentes collocent, modò vina & aquam poſcentibus af-
Her. ? in Lemn. ferant, ac veluti mancipia ægrotorum ad nutum cuncta mini-
ſtrent, qui plus quàm morbus ipſe noceant, necentq; tandem
decumbentes. Contrà verò bonus Medicus non tam jucun-
45 da, quàm ſalutaria medicamenta porrigit. Quem quidem no-
ſter omni ratione imitetur, neq; ad palatum & guſtum, ſed ad
ſalutem omnia conſilia ſua conferat, & cum illo Capitolino
dicat: *Vellem equidem tibi Princeps placere, ſed multò malo ſalvum te*
eſſe, qualicunq; erga me animo futurus ſis. Abſit tamen, quæ huius
46 virtutis indumēto ſeſe velare ut plurimùm ſolet, pertinacia, &
tanquā lolium optimæ ſegeti, ita magnitudini animi, & con-
Var. de orig. ling. Lat. ſtantiæ ac libertati vera dicendi, facilimè innaſcitur, quam Ci-
cero à pertentendo dictam eſſe ſcribit, cùm in eo, in quo non
oportet, perſeverare quis pertendit & perſtat. Quod quidem
47 multi ſibi gloriæ & laudi vertunt, idemque cognominis, quod
olim Commodi Imperatoris ſucceſſori datum, in ſe amant, ſi-
biq;

biq; soli in sententiis & consiliis suis placent, aliorum judiciis obstinatè repugnant, omniaq; dicta & sensa rejiciunt, quorum ipsi non sunt auctores. Pestis bonæ mentis & consilii, quæ multis etiam potentioribus fraudi & exitio fuit! Carolum Burgundum hoc vitio laborasse notavit auctor noster, quo tandem pessum isse videtur. Nec Cato multis nō displicuit, quòd nimis prefractè sententiam suam in omnibus tueretur, quemadmodum se idcirco cum eodem sæpiùs dissensisse Cicero fatetur, cui etiam ad vitæ extremum halitum usque victa causa canitur placuisse, tametsi victrix Deo placere videretur. Nolebat enim ipse, teste Ammirato, unquam temporibus obsequi, sed æquum esse putabat, ut tempora ipsi sese cuncta accommodarent. At contraria divini Platonis ea de re institutio legitur. Quid autem ille? *Oportet*, inquit, *tanquam in talorum jactu ad id, quod ceciderit, res suas aptare, quocunq; modo ratio id optimum esse duxerit, non autem quasi pueros ipsos quoq; cadentes, firmiter eam rem tenere, in quam impegeris, & clamando quiritandoq; tempus consumere.* Quid verò, inquis, an non illud ad inconstantiam & mutabilitatem redit? Respondet tibi Tullius noster: *Non inconstantis esse, sed maximè prudentis, sententiam suam, tanquam aliquod navigium in tempestate moderari.* Quam quidem civilem sententiam alibi multò clariùs idem explicavit. Ita enim ad Lentulum: *Nunquam*, inquit, *præstantibus in Republ. gerenda viris laudata est in una sententia perpetua permansio. Sed ut in navigio tempestati obsequi artis est, etiamsi portum tenere non queas, cùm verò id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis potiùs, quàm eo commutato, quò velis tandem pervenire.* Tullianæ hujus sententiæ Philosophus in aula exercitatissimus Seneca subscribit: *Sapiens*, inquit, *non uno it gradu, sed tamen una via, nec se in aliquibus mutat, sed potiùs aptat:* quod luculentiùs Ciceronis verbum illud exponit: *Non idem semper*

Marginalia: Pat. de reg. li. 6. t. 15. — 48 — Com. com. li. 6. — 49 — Cic. de off. lib. 3. — Luc. Pharf. 1. — Sc. Am. lib. 17. dis. 1. — 50 — Pl. de Rep. li. 10. — 51 — 52 — Cic. pro Bal. — lib. 1. Epist. 10. — 53 — 54

semper dicere, sed idem semper spectare debemus. Præstat itaq; iter
55 omne relegere, quàm in malè ceptis viis pergere. Nec verò,
quemadmodum Pontifex Gregorius III. ad Regem Franco-
rum rectè scripsit, *propositum ille suum infringit, qui illud in melius*
56 *commutat.* Solet autem, ut eò redeamus, Stoicum istum ani-
mum plerunq; asperitas & morositas quædam comitari, quæ
Plin lib. 29. c. 1. Hor. in v. Hipp. Com. lib. ult.
etiam in Medico, teste Hippocrate atque Plinio, odiosa est, ac
Ludovico quidem Regi Galliæ, apud Cominæum nostrum, in
Cocterio archiatro instar gravissimi supplicii visa, nedum in
57 Consiliario & Cancellario non sit longè molestissima. Calli-
58 sthenes ea natura & ingenio annotatus, ut quæ deberent dici,
diceret quidem, sed non quomodo debebat, diceret. Contrà
verò in eadem aula Hephestio libertatis jus, teste Curtio, in
59 admonendo ita usurpabat, ut magis à Rege permissum, quàm
vindicatum ab eo videretur. Idem verò nostro in hac togata
fortitudine prudenter providendum. ne, quod Galbæ accidis-
Tac. An. lib. 17.
se prodidit Tacitus, noceat rigor & nimia severitas. Imitanda
60 multò magis Pisonis illius, apud eundem auctorem, modera-
tio, qui nullius servilis sententiæ auctor, prudenter omnia con-
61 silia & dicta, cùm necesse esset, moderabatur. Contrà verò
multi non alia ratione magis Principum gratiam amittunt, te-
ste Hannibale Scoto, quàm immoderatæ libertatis usu, cùm
non tam cōsulere, quàm regere Principem velle præ se ferant.
62 Nec verò ideò minùs fortis & magnanimus eris, si, quod alii
intempestivè, & Schytico, ut Ctesias ait, sermone & gestu cla-
Demet. Phal. περὶ ἑρμ.
mando, tu leniter & modestè, ac opportunè agendo perfece-
ris. Sed nec ipse non clamabis, si flammam imminere, & salu-
63 tis publicæ jugulum peti videas. Nam tum etiam malis, quod
de Albino, Marchico Cancellario, ex Senecæ verbis ad Nero-
nem prædicarunt his verbis, *offendere quàm adulando placere, &
perdere.* Sed suprà etiam aliquid ea de re monuimus, cùm de
veri-

veritate fortiter quidem, ſed μετὰ καιροῦ, καὶ μέτρου. opportunè & tem-
peratè dicenda diſputavimus. Non autem fortiter ſolùm dice- 64
re, ſed etiam fortiter agere & facere oportet. Ideoq; tanquam
Herculem aliquem togatum in Cancellario requirimus, qui
nullum omninò laborem & difficultatem refugiat. Eſt enim
ex eo genere functionum hoc munus, quod vix ſcalpendo ca-
piti, ut dicitur, otium concedere videtur, ac ut Henricum VII. 65
Imperatorem, Friderici II. filium, de occupationibus Imperii
dixiſſe ferunt, cùm tam aſſiduus foret in rebus, ut vix ſerò ci-
bum caperet, atque idcirco valetudinis reſpiciendæ admone- 66
retur: *Privato*, inquit, *homini omne cibi tempus eſſe, cùm id lubi-
tum ei aut ſolitum; Principi verò, ſi ſatisfacere ſuo muneri velit, id ſo-
lum, quo vacat*: Idem profectò Cancellario, qui potiſſima Prin- 67
cipis, ut dictum eſt, pars exiſtit, ſi munia ſua rectè implere ex-
petat, uti certè debet, in negotiis & laboribus hujus officii lon-
gè occupatiſſimi continget. Ad eum enim potiſſimè pertinet 68
illud, quod Deus ille Homericus cecinisse legitur: οὐ χρὴ παννύχιον
εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Prædicatur in aula Adriani Cæſaris tanta in- Xiph. in v. Adr.
duſtria Turbo præfectus prætorio fuiſſe, ut nunquā ne ægro-
tus quidem domi ſeſe à publica muneris curatione continue-
rit, cui cùm ipſe Imperator conſuleret, ut ſibi moderaretur: 69
Præfectum, inquit, *etiam ſtantem mori oportet*. Quod quidem an-
te ipſum Veſpaſianus quoq; de Imperii adminiſtratione uſur-
paverat. Non certè multò plus otii Cancellorum magiſtro ne-
gotioſiſſima provincia concedet, quæ minùs etiam feriarum, 70
quàm rei militaris adminiſtratio Druſo dicitur olim permiſiſ- Calc. in Ep.
ſe, quem nullo unquam die ajunt feriatum eſſe, largiri poſſe
videtur. Tantò autem occupatio hujus muneris laborisq; mo- 71
les difficilior, quantò animi contentio, quàm corporis major
habetur. Nec enim robur & vires externæ ſudore ullo tanto-
perè conſumuntur, quantum aſſiduæ meditationis ac delibe-

rationis æstu interna vis animi debilitatur, & perpetuo motu
72 ac vigiliis acrimonia hebetatur. Quemadmodum illud acci-
Hild.d.orat. disse Albino, sæpiùs nominato Cancellario, Hildesheimius E-
lectoralis archiater literis perhibuit. Idem verò de Lamperto
sæpiùs ibidem adducto Cancellario scripsit hæc verba: *Inter*
73 *cogitandum, inquit, ac deliberandum plerunq; erat timidior, colligens*
omnia mala, quæ evenire posse videbantur. In agendo autem confiden-
tem se præbuit. Fuit verò non modò in virili ætate, dum vires anniq;
sinebant, verùm etiam in extrema senecta laborum patientissimus.
Itaq; brevi multa expedire visus est, quæ alii vix longo tempore perfe-
cissent. Dignissima Cancellario prædicatio! cujus fructus in
fortiter exantlandis laboribus Reipub. longè uberrimus, cùm
74 tantum negotii unus absolutum perfectumque feliciter uno
mense efficit, quantum vix alii toto anno, aut etiam longiore
spacio. Quæ quidem industria & expedita rerum felicitas tum
admirationem, tum amorem & gratiam quàm maximam jure
75 optimo meretur. Accedunt præterea amplissimo huic officio
Com.com.lib.1. longinquæ legationis itinera, quæ, uti in Morvillerio nostro
animadvertitur, Cancellariis utplurimùm committuntur.
76 Hic quoque animo Sulpitiano opus est, qui nullo discriminis
metu, nullo viarum tædio, nulla etiam valetudinis morbiq;
adversitate, nullo mortis periculo à suscepti officii constanter
77 perficiendi perseveratione deterreatur. Ita in hoc officio Syl-
Sylv.Epist.188. vius, cùm Imperatoris Protonotarius esset, se ipse scribit uni-
versam Germaniā legationis Cęsareę curriculo circumisse. Idē
78 in extremam usq; Thulen, & scopulos Noricos, cùm Scotiam
legatus adiret, vehemente tempestate rejectus, fortissimo ani-
Iohan. Ant. Camp. in ejus v. mo omnes cœli gravissimi injurias, marisq; extrema discrimi-
na sustinuisse prædicatur. Sunt præterea non minora monstra
& belluæ in hoc officio aulico, quàm olim vel magno Alcme-
79 næ illi & Jovis filio, in novercali persecutione, occurrerint, for-
titudi-

titudine mascula exsuperandæ. Quæ verò illæ? Idem Protonotarius easdem his verbis expressit: *Non sunt*, inquit, *mihi crede* Epist.16.
duriora castra, quàm curiæ Principum, ubi invidiæ, simultates, detre- 80
ctiones, odia, inimicitiæ, contumeliæ, injuriæ, pœnè infinitæ, quæ res nullo modo, quàm per patientiam vinci possunt. Si qui igitur non eo animi robore fuerint, ut obniti istius maris fluctibus possint, iis consultius erit cum illo tragico dicere, *stet quicunq; volet po-*
tens aulæ culmine lubrico, me dulcis saturet quies & obscuro positus lo- 81
co, leni perfruar otio. Quod quidem, sed tamen seriùs exoptasse Husanum, Johannis Alberti, Megalopolitani Ducis Can-
cellarium animadvertimus, cùm ad Lucam Lossium, Lune- 82
burgicum ludimoderatorem his versibus scripsetit:

O mihi si redeant concessu numinis anni,
Qui spacio dudum præterire suo,
Non ego conferrem me Regis in ullius aulam,
Si mihi vel Crœsi polliceatur opes.

Nec enim illa fortitudo & tolerantia cujusvis est, quam auli-
cus ille veteranus de se prædicabat, cùm interrogatus, qua ra- 83
tione rem rarissimam in aulico munere senectutem consecutus esset, responderet, *injurias quaslibet ferendo, & gratias insuper*
agendo. At nos nostrum Mori Cancellarii verbo alloquemur: Thom. Mor. in
Forti animo mala fer. Ejus enim animum palmæ invictæ simi- Epig. 84
lem esse oportebit, ut quò plus oneris imponatur, eò erectior Hip. ex Plin. in
adversus sarcinam omnem esse videatur, firmumq; judicium Palat.
in omnibus difficultatibus conservet, casus adversos sapienter
ferat, nihilq; unquam fracta timidaq; mente agat, de quo de- 85
niq; tanquam Epinicion cani quàm verissimè possit, quod Mi- Mich. Hosp. ad
chael Hospitalis Galliç Cancellarius ad Franciscum Olivarium Franc. Oliv.
successorem suum his versibus gravissimis scripsisse legitur:

Nam fortes animi prorsus nihil ista morantur,
Quæ sunt fluxa, caduntq; citò & mutantur in horas, 86

Non illos aurum, non spes, non gratia flectit,
Non metus: erectâ circum fora fronte vagantur,
Introeuntq; aulas venerandi regibus ipsis.

Han. Scot. ad An. Tac. lib. 4. Et certè magnus hic vir semper erit, ut Hannibal Scotus exclamat ad locum Taciti de Helvidi Prisci fortitudine, *qui cunctis of-*
87 *ficiis æquabilem se præstabit, & opum contemptorem, & recti pervicacem ac constantẽ, adversus omnem metum,* cui, ut Hippolytus ait, *in ipsa difficultate animus multò magis crescit.* Rectè enim faciendo, ut etiam moneta quorundam nostra ętate Principum tinnuit,
88 nihil timebis. Invidiam autem, quemadmodum Johanni Cas-
Man. lib. 7. Epist 18. Hip in. Pal. selio, præceptori olim meo, Manutius ex Italia consuluisse legitur, quæ haud aliter, quàm scopulo fluctus ad extremum
89 virtute frangitur, facilimè superabis, ut nocere quàm minimùm possit, exemplo suprà dicti Lamperti Cancellarii, qui eos, qui laudi ejus & dignitati invidebant, virtuti & gloriæ ser-
Hild. d. orat. viendo ulciscebatur. Sed & Catonis senioris consilium de hac
90 re celebre est, cùm diceret eos, qui fortuna moderatè & sobriè uterentur, invidiæ aculeis quàm minimè peti.

CAP. V.

De Continentia.

1 Cic. in orat. pro L. Mur. QUemadmodum itaq; Tullius de Asia prodidisse legitur, cùm scripserit: *Etsi ea habeat luxuriæ quandam suspitionem, non tamen Asiam nunquam vidisse, sed in Asia bene vixisse, laudandum esse.* Ita hoc loco tum de hoc munere & provincia civili, tum de alia quavis dignitate & honore aulico di-
2 cere licebit, quanquam rariores inventu sint, etiam, ut Comes
Han. Sc. lib. 1. Hist. Tac. Placentinus asserit, inter sapientes, qui in altiore ejusmodi fortuna non dimoveantur à statu suo, non tamen eam ob causam
3 celsioribus istis, & lubricis lapsu functionibus abstinuisse, quàm

quàm continenter in iis & rectè versatum esse, summa prædicatione dignum erit. Illud autem vulgò sapientibus contingere posse politico scriptori facilè quidem concedemus. At vera prudentia præditis Philosophorum princeps, non accidet, inquit, ut incontinentes unquam fieri possint. Inter eos nostrum esse volumus, cui, ut Flaccus gravissimè cecinit, *est animus rerumq; prudens, & secundis temporibus dubiisq; rectus, vindex avaræ fraudis, & abstinens ducentis ad se cuncta pecuniæ.* Nihil enim in hoc officio fœdius, nihil rebus communibus perniciosius, nihil honore & dignitate tanta indignius, quàm avaritia & rei privatæ studium, quod nunquam non officio debito officere solet, & publicis consiliis. Ut autem apud veteres Græcorum notati æterna labe Stratocles & Dramoclides, quòd sese invicem ad auream messem (ita tribunal nominabant) invitarint: Ita maximam infamiam in hac amplissima dignitate non pauci contraxisse leguntur, qui, ut quæstui Remp. haberent, gravissimum munus accesserunt, quòd quidem non modò Tullio testante, turpe, sed etiam sceleratum & nefarium. Verres profectò in provincia jure homines isti dicendi, qui per fas perq; nefas, tum publicas, tum privatas opes undiquaq; ad se converrant, nullius rei magis, quàm propriæ utilitatis studiosi. Est quidem per se hujus officii fundus satis fertilis & uberis proventus, quemadmodum quoq; suprà in veterum scriniorum compendiis longè fructuosissimis ostensum fuit, neq; invidenda sunt ulla labori debita præmia, neque divitiis Cancellariorum non summoperè gratulandum, quæ optimis rationibus, sine omni publico detrimento congeruntur, ut infra ea de re agemus copiosiùs. Sed tamen sæpiùs videre est, multos plura habendi cupiditate, tanquam intercute aliquo morbo & hydrope captos, ut quò plus sint potæ, plus sitiantur aquæ, quibus nulla præmiorum, nulla mercedum & salariorum magnitu-

4 *Aristot. lib. 2. mag. mor. c. 6.*

Liv. lib. 22.

Plat. in polit.

5

Cic. off. 2.

6

7

8

9

gnitudo animum explere potest, quò minùs sordidissimæ munerum captationi cunctis studiis inhient, immemores divini
10 illius interdicti: *Munera ne accipito, quæ oculos sapientum excæcant, & verba æquitatis inflectunt.* Nam, ut apud Sallustium legi-
11 tur, *ubi cupido divitiarum invasit, neq; disciplina, neq; artes bonæ, neque ingenium ullum satis pollet, quin animus magis aut minus maturè, postremò tamen succumbat.* Quod quidem in præclaris digni-
12 tatibus tam deforme vitium esse videtur, ut etiamsi, quod de
Gell. lib. 1. c. 13. M. Crasso prædicavit ex Asellione Gellius, quinque rerum bo-
13 narum maxima & præcipua habeas, sis cum eodem nobilissimus, sis eloquentissimus, sis prudentia rerum civilium instructissimus, sis dignitate summa præditus, sis denique inter tui
14 generis homines ditissimus: omnes tamen istæ virtutes, ac fortunæ longè amplissimæ inquinamentis avaritiæ, tanquam densissima nube, penitùs obscurentur. Quod quidem ad eum
15 modum isti Quiritum felicissimo & copiosissimo homini ac-
Plut. in v. Craß. cidisse, testatur Plutarchus. Nec ab omni ferè ætate exempla, & quidem ex hoc officio non adduci similia possunt eorũ, qui
16 cùm Leberide, quod dicitur, nudiores ad Cancellarii provinciam, tanquam ad Cremonensem prædam, ut Taciti verbum est, accessissent, brevi tempore tantis sese facultatibus ac opibus collocupletarint, ut Cleandri fortunam, qui in aula Impe-
Herod. in vit. Com. ratoris Commodi, exiguo momento, ex vili servulo ditissimus
Xiph. in ead. evaserat, & ærario ipsius Principis grandiores pecunias conse-
17 cerat, visi fuerint superasse. Nihil verò boni posse, Hannibal
Han. Scot. ad Tac. An. lib. 13. Scotus præclarè scripsit, de eo sperari, qui paupertatem præcipuum malorum credit. Nam ut eam effugiat, nihil non admit-
18 tere audet. Dignissimi verò illi, qui vicissim Tiberianæ spongiæ efficiantur, & opes celeriter malis artibus partas, celeriùs iterum perdant. Quod quidem inter alios patrum memoria
19 Guilielmo Pojeto in Galliæ regno contigisse legimus. Cùm enim

enim ille muliebri ope Annæ Stampeæ, quæ in amoribus ac *Lau.in Ch.Fr.*
delitiis Francisci I. Regis habebatur, ad dignitatē magni Cancellarii esset evectus, nihilque in eo munere reliqui faceret, quod ad maximā vim opum conflandam pertinere videretur, omnium hominū accensâ adversus ipsum invidiâ ac odio, tan- 20
dem consilio Margarethæ, Navarreæ reginæ, cum potentioribus aulicis communicato, in vincula conjectus, nec nisi omnibus facultatibus exutus, ad nuditatem priorem fuit remissus.
Sed & nostra ætate in vulgi proverbium ejusmodi hominum 21
fortunæ idcirco abiisse dicuntur, quòd, instar Euripi, multis quidem subitò affluere, subitò autem vicissim refluere ac defluere videantur, rariusq; , quod quidem in Distelmejeri monumento singularis felicitatis annotatum est, stabiles & ad po- 22
steritatem integræ deriventur. Nam & Sliecii quidē longè amplissima fortuna atq; felicitas ad ipsius progeniē non pervenit, *Bruschi. in desc.*
quæ ante patrem extincta, fratris tamen ille sui Matthæi fami- 23
liæ cunctum istum splendorem ad hanc usq; ætatem reliquit.
Quorsum verò contrà illorum Plutus, qui superiorum Cæsarum è Cancellis, majores etiam, quàm ut privatæ dici possent, divitias brevissimo intervallo congessisse prædicati? Aranca-
rum telas contexisse videntur: nec enim præter inanem fa- 24
mam de coacervatis tot quorundam auri myriadibus quicquam superesse audimus. Verùm infra hujus rei causas investigabimus alio capite altiùs: nunc tantùm nobis propositum est, illam omnium malorum, ut à divino doctore gentium appellatur, radicem stirpitus è nostri Morvillerii animo excisam
reddere, ut cum illo Romanorum continentissimo pectore, 25
C. Gracho, ex Sardinia reverso, in concione ad populum habi- *Gell.lib.15.c.12.*
ta, verissimè prædicare de se his verbis possit: *Ita versatus sum in mea provincia, ut nemo possit verè dicere assem, aut eò plus, in muneribus me accepisse, aut mea opera quenquam sumptum fecisse.* Dignissi-
ma,

26 ma, quæ in Christiana civitate audiatur oratio! Caput enim
Cic.lib.2.off. est, teste Tullio, in omni procuratione negotii & muneris pu-
blici, ut avaritiæ etiã minima suspicio tollatur. Quod Dei jus-
su in veteri Israëliticæ Reipubl. gubernatione summa diligen-
27 tia provisum, ut nõ nisi alienissimi ab illis sordibus in senatum,
& consilium, atque judicium ullum cooptarentur. Est enim
28 multa possidendi cupiditas pessimum veri affectus & judicii
Tac.1.hist. venenum, teste Tacito, & duo optima boni consilii instrumen-
Sal.in Cat. ta, fidem & probitatem evertit. Hinc enim illa Turini fumi
Lipsciv.lib.3. c.6. venditio, quæ Imperia quàm maximè, docente Lampridio, in-
Lamp.in v. Alex. famare solet: hinc juris & æqui eversio: hinc turpissima justi-
tiæ nundinatio: hinc pauperum & orphanorum viduarumq;
29 oppressio: hinc communis boni imminutio, & deniq; rerum
omnium tam divinarum quàm humanarum vastatio. Ita enim
Dem.in Orat. O.3. utplurimùm evenire videmus, quemadmodum Orator Atti-
cus scripsit, ut quò magis res eorum augeantur, qui publicis
30 muneribus præsunt, eò magis Reipubl. opes labefactentur &
imminuantur. Sunt utiq; instar hirudinum multorum cupidi-
31 tates, quæ publicarum opum, ut ita loquar, cuticulis ad san-
guinem usque adhærent interiorem. Erat ex eo genere Cliso-
32 phus quidam nomine in aula Philippi Regis Macedoniæ, qui,
Ath.in Deipnos. perhibente Athenæo, assiduis flagitationibus regiam libera-
litatem flagellabat, maximasq; opes importunis petitionibus
extorquebat, at illum, cùm tanquam molestissimam muscam
33 aliquoties Rex avellere à se conaretur, hisq; verbis increparet,
nimis petax es: an non paulò antè largissima manu tibi dedi?
Jampridem, inquit, oblitus veterum munerũ eram. Sed multò
festiviùs Fridericus Imperator III. similem hirudinem, quæ,
ut Horatius ait:
34 *Non missura cutem, nisi plena cruoris,*
excussisse legitur. Quomodo verò? Archicancellarius Imperii
per

per Galliam Jacobus, Pontifex Trevirensis, vir quidem, ut Syl- *Sylv. in com. de*
vius de eo loquitur, industrius, ac magni consilii, sed multum *dict. & fact.*
cupidus, & ad extollendam Ecclesiæ suæ potentiam nimis at- *Abb.*
tentus, Fridericum Cæsarem apud Novam Civitatem cùm ad-
iisset, & alia atque alia petendo impetrasset, pluraq; poscendo
institisset: *Imperator nisi feceris*, inquit, *finem petendi, ego negandi*
principium inveniam. Tales quidem importuni efflagitatores 35
etiam munificis, & maximè liberalibus Principibus non esse
non odiosi solent, *qui illorum modestiam aliquo modo*, ut Scotus *Han. Scot. ad*
ait, *urgere, & vim in eos transmittere videntur*. Avari quidem me- *lib. 2. An. Tac.*
dici, qui eo animo ditiorum lectulos accedunt, quo Jacobus 36
Cocterius, Ludovici XI. Galliæ Regis valetudinem curasse *Com. lib. 9.*
memoratur, attendere solent illud, quod in vulgari versiculo
est, *exige, dum dolor est*. Ita enim ille Regem suum quadraginta
millibus aureorũ, quatuor intra menses, emungebat. Cui qui- 37
dem medicorum avaritiæ, quam etiam Princeps Hippocrates *Hipp. ad Crav.*
vehementer increpuit, eiq; herbam & medicinam dari posse
summoperè optavit, fibulam imposuere leges Cæsareæ hac
sanctione: *Quos quidem*, de archiatris loquitur, *ea patimur acci-* 38
pere, quæ sani offerunt pro obsequiis, non ea, quæ periclitantes pro salute *l. archiatri 9.*
promittunt. Eandem verò rationem modumq; in aulicis offi- *C. de profess. & med.*
ciis vulgò imitari consueverunt, cùm articulos & tempora
commoda exprimendæ largitionis aucupantur, tumq; potissi- 39
mùm plurima exigunt, quando sua opera opus esse in gravio-
ribus & difficilioribus negotiis animadvertant, de qua qui-
dem petacium hominum opportunitate etiam Sylvius idem
sensisse videtur, cùm ad Casparem Sliccium, Cancellariũ Im- 40
perialem, scripserit his verbis: *Rex præterea multum est nunc tui* *Sylv. Epist. 54.*
indigens, & tunc est bonum Principibus servire, cùm res præter senten-
tiam eant. Tum enim amplissimos fundos & prædia: tum agros
& nemora, tum pagos, arces & oppida in cassem vulgò tra-

41 hunt. At noster ejusmodi cupiditatum vinculis, Tullii suasu,
Han. Scot. ad Tac. lib. 3. Ann. potius se liberet, & audiat istam veterani aulici regulam: *Nunquam aulicus extorquere aliquid à Principe sibi proponat.* Multò minus verò Cancellarius, qui omnibus prudentiæ ac temperantiæ modestiæq; exemplis prælucebit, nullam unquam avaritiæ
42 & cupiditatis suspicionem incurret, semperq;, quod excelsioris animi est, liberaliter dare potiùs, quàm cupidè & avarè ac-
43 cipere gaudebit: *Beneficentia enim & liberalitas naturæ hominis,* teste Tullio, *maximè est accommodata*, quæ etiam in hoc officio collocatis pluribus viris magnam gloriam ac laudem peperit, præsertim ea, quæ vero virtutis splendore, non vana ostentatione ac simulatione nititur, quæq; non ex raptu, & aliunde
44 per iniquam translationem proficiscitur, quæq; denique in maximè dignos confertur. Nostra memoria beneficentiæ & liberalitatis studio magnam sui existimationem famamq; con-
45 citavit Daniæ Cancellarius Nicolaus Casa, qui cùm generis nobilitate insignem & exquisitam doctrinarum eruditionem
Reinh. in app. Gen. ad Chr. Alb. Stad. Chyt. lib. 30. Sax. sub an. 1594. & facundiam, rerumq; usum, ut verè scripsit de eo Reineccius, conjunxerat. Extant enim multorum præconia, de ejus in literas earumq; cultores munificentia, quam etiam Balthicus historicus, præceptor olim meus, debita gratitudine prosecutus est, cùm scripserit de eo hoc quasi elogium supremũ, Chro-
46 nicis libris insertum. *Eripuit etiam hic annus,* inquit (de nonagesimo quarto superioris seculi loquitur) *Reipubl. aliquot præstantes viros, ac in his Daniæ regno, illustrem Heroem Nicolaum Kaas Cancellarium, & inter quatuor (Christiano III. Rege pupillo) regiminis Consiliarios primum, nobilissimo genere & ingenio, sapientia, virtute, doctrina, moderatione & beneficentia erga literas & homines literatos clarissimum, cui de me & multis Scholasticis Danis & Germanis à me commendatis, benè merito, fidelem animi grati memoriam perpetuam me debere profiteor.* Idem etiam idcirco librum decimum

mum quartum Chronici sui eidem dedicavit, *debitæ*, ut inscriptio ipsius est, *pro amplissimis plurimisq. beneficiis observantiæ & gratitudinis ergò.* Testatur autem non minorem erga se ejusdem verè magnifici Cancellarii beneficentiam Reineccius, Juliæ Academiæ quondam historicus, quem se honoris maximorumq; sibi collatorum meritorum ergò nominare profitetur, deq; ejus munificentia proclamat illud Comicum: *Et habet quod det, & dat nemo largius.* Dignissima literariæ dignitatis principe prædicatio, erga literas atq; literatos esse liberalem & beneficum! Quod quidem celsissimæ gloriæ ac laudis iter plenissimo gradu sequuntur, qui vel exemplo Zamoscii, Poloniæ Cancellarii, literarum officinas & Gymnasia bonarum disciplinarum suis impendiis & stipendiis ipsi extruunt, Musarumque domicilia Reipubl. bono amplificant, vel etiam collapsa rursum excitant, & novis muneribus augent. Quemadmodũ eandem munificentiam in novo seminario optimarũ artium condendo, inter alia ferè innumerabilia erga scholas & Ecclesiam beneficia, maximo animo, ac gravissimis consiliis jamjam depromptam dare illustrem & generosum Baronem, Georgium de Schoneich, utriusq; Silesiæ Cancellarium, nõ sine singulari voluptate, & lætissima gratulatione omnium literarum audimus. Nec minoribus laudibus evehendi, qui, quod amplissimum Saxoniæ Cancellarium, ac intimum Electoralem Consiliarium, Marcum Gerstenbergerum, liberalissimè in Salanæ Academiæ provehendis studiis facere vidimus, aliquot pauperum juvenum mensas suis sumptibus ac reditibus perpetuis eò collatis sustentant. Præclarissimum divinæ beneficentiæ monumentum! cui omnes veteres illæ statuæ & pyramides, in quibus, Plinio prudentissimè judicãte, ociosa & stulta pecuniæ ostentatio, omnia antiqua Pompeji & Titi theatra, omnia spectacula & vetera Periclis propylea, ac nostra memo-

47 48 49 50 51 52

Rein. in præfat. Abh. Stad. *Pl. lib. 36. c. 16.*

53 ria, incredibili & labore & impendio Sixti V. Pontificis Romæ erecti colossi, longissimo intervallo cedere coguntur. Posse enim tali liberalitate & munificentia uti, pecuniæ est fructus ac proventus multò maximus. Perpendat ista animo secum diligentissimè noster, atq; horum potiùs laudatissimam beni-
54 gnitatem, quàm multoties nominati Imperialis Protonotarii
Sylv.d.Ep.188. & Cancellarii Sylvii tenacitatem sordidissimã imitetur. Quid verò illẽ? Etsi literis & Musis omnem fortunam, ipso teste, ab
55 infimo ad summum gradum provectus deberet, & à prima ætate Ecclesiastico sumine esset saginatus, ut priorum temporum liberalitatem in minoribus officiis & dignitatibus, cum
Franc.Phil.in Epist. Imperialibus, tum Episcopalibus omittam, cùm solium Pontificium conscendisset, hunc versiculum legitur ad omnem liberalitatis suæ fontem literatis, & carminum auctoribus oc-
* cludendum, prodente Philelpho emisisse:

56 *Nummos pro numeris ne vosì sperate, Poëtæ,*
Est animus versus reddere, non emere.

O divinam munificentiam, & singularem Pii II. pietatem! ô
Sylv.Epist.301. liberalissimum Christi vicarium! qui neq; Francisci Philelphi, longè id ætatis doctissimi Philosophi, Oratoris & Poëtæ, vete-
57 risq; amici filium Xenophontem, optimum, uti ipse fatetur, adolescentem, & paternis imbutum disciplinis, in familiam suam suscipere voluit, quòd, cùm Cardinalis & Episcopus Senensis esset, facultates suas illud non ferre posse conquereretur, etiamsi tot ex Ecclesiis tum in Germania, tum in Polonia, tum in Bohemia, & alibi sitos cum Italicis conjunctos uberrimos reditus hauriret. Sed istam Episcoporũ Romanorumq; Ponti-
58 ficum beneficentiam erga literas, etiam postea in successore
Iov.in elog. doct.v.c.16. ejus Xysto, Theodorus Gaza expertus esse à Jovio Episcopo scribitur. Cùm enim nobilissimam lucubrationum suarum partem in membranis accuratè & perdiligenter exaratam, ei-
dem

dem detulisset, neq; tantum honorarii æris, quo librario mercedem redderet, accepisset, indignatus subagreste, ut historici verba sunt, judicium, projectis in Tiberim duodecim, qui donati erant pro tanto ingenii labore, aureis, unà cum reliquis, quos in publicum edere cogitabat, commentariis, *effugere hinc lubet*, inquit, *postquam optimæ segetes etiam in olfactu præpinguibus asinis sordescunt.* Similes profectò labris, ut ille ajebat, lactucæ! Sed nos ad ceram & cancellos nostros, sordibus istis Piscatorii annuli relictis, redeamus, in quibus convenientem dignitati splendorem requirimus, præcepto tamen illo officiorum magistri diligentissimè retento, monentis, *neq; ita claudendam esse rem familiarem, ut eam benignitas aperire non possit, neq; ita reserandam, ut pateat omnibus, sed modum esse adhibendum, qui ad cujusque facultates referatur.* Nec enim minùs illiberalem & avarū, quàm decoctorem atque prodigum, tum ab hac literaria dignitate, tum ab omni consulendi munere procul habendum sapientes judicant. Notum namq; consilium prudentissimi Basilii patris ad Leonem filium futurum Principem: *Consiliariis*, inquit, *utere iis, qui rebus ipsi suis benè consuluisse, rectèq; eas administrasse comprobantur, minimè autem eos adhibe, qui per imprudentiam malè suis negotiis providerunt. Nunquam enim alienis benè consultum ibit, qui suis rebus malè prospexerit.* Salubetrima cautio! Nam quod de Vitellio Josephus scripsisse legitur, universi videlicet Imperii opes vix potuisse prodigentiæ ejus suppetere, si unum supervixisset annum; illud sæpenumerò accidisse magnis Principibus annotatum, quibus improba decoctorum consilia ad omnis luxuriæ & prodigalitatis scopulū, tanquam ex Pharo, lumen extulerunt. Solet autem non rarò in hoc magnifico munere ab iis linea transiliri, qui veræ magnificentiæ & munificentiæ limites rectè distinctos non habent, qui dum sordes & avaritiæ Syrtes effugere conantur, in cōtrarias Charyldes

Marginalia: 59 — Ioh. Wolf. in cent. memor. p. 2. — 60 — Cic. de off. lib. 2. — 61 — Hip. de Cons. — 62 — Ioseph. in v. Vit. — 63 — 64

Hildeb. de O- rybdes non minùs imprudenter incidunt. Nam, quod de Albino, Cancellario Marchico scriptum est his verbis: *Familiam alebat numerosam, vivebat magnifice:* quod itidem de Distelmeiero proditum: *Magnificus fuit, pro dignitate & facultatibus amplissimis, ubi opus erat, quod ostendunt ædificia, & quas liberis paravit, nuptiæ:* illud quidem liberaliter, & secundũ dignitatis amplitudinem splendidè factum esse confirmamus: at contra multi, testante Tullio, patrimonia sua & salaria non modò inconsultis largitionibus, sed etiam domestico mensarum, aliarumque rerum immodico luxu profundunt, longeque extra modum non modò facultatum, sed etiam status & ordinis sui sumptu & magnificentia prodeunt. Luxum Christiani Cancellarii Imperialis minimè Christiano homine, nedum antistite dignum suprà audistis, qui plus impendii in scortorum greges conferebat, quàm Imperator in florentissimas copias. Ex eo autem tandē relinquitur illud, quod olim Julius dicere solebat, cùm maximam æris alieni vim profusione nimia contraxisset, *trecentis sibi talentis opus esse, ut nihil haberet. Cum autem,* teste Xenophonte, *etiam unum otiosum hominem alere Reip. difficile sit,* multò profectò difficilius erit in publica muneris etiam fructuosissimi provincia sumptuosum, & luxu ac prodigentia diffluentem sustentare. Noster itaque modulo se suo ac pede metiri discat. Satius enim est, quod Ludovicus XII. Rex Galliæ crebro sermone usurpasse fertur, *nihil aut parum elargiri, quàm multa debere.* Est autem præterea aliud benignitatis genus, quod cōstat ex opera, ut Officiorum præceptor loquitur, & industria, quod certè in hoc munere latissimè patet, & omniū honestissimum est, nec ullo idcirco tempore Cancellario intermittendū, quin, tanquam Oraculum Reipubl. omnibus justa & æqua petentibus opem & consilium suum, in promptu & parato esse cupiat. Huc verò redeunt morum istæ omnes virtutes, quas suprà

Margin: line 3: 65; line 8 (testante Tullio): Tull. de lib. 1.; line 9: 66; line 13: 67; line 18: Xen. lib. 1. Pæd.; line 19: 68; line 24: 69; line 26: Tull. de off. 2.; line 29: 70

prà in optima natura Cancellarii requisivimus, ut sit comis, & 71
humanus, sit benevolus, placidus, affabilis, mansuetus & lenis,
sine omni morositate, sine fastu, sine supercilio, sine superbia.
Quemadmodum ejusmodi virtutem splendorem antecessor 72
meus Johan. Ferinarius, vir doctissimus, in Cancellarii Hassiaci
Johannis Hinzenbergeri vita quàm maximè inter alia ingenii
& eruditionis dona eluxisse, his verbis prædicavit: *Nulla morositas, nulla indignatio, nulli fremitus in eo unquam erant.* Sed con-
trà multorũ sæpenumerò mores immutari per honores con- 73
sueverunt, tum in hac, tum in aliis dignitatibus. Petrus Noxe-
tanus, potens in Romana Curia, & summus Secretarius, qui ex *Sylv. Epist. 188.*
humili loco ad equestrem ordinem, & Palatii Comitatum eve-
ctus erat, fores suas etiam Cardinalibus obseratas non rarò ha-
buisse legitur. At idem postea cum Nicolao Pontifice mortuo
aula & munere excluderetur, & ad priorem statum, fortunæ
vicissitudine, rejiceretur, ab omnibus vicissim amicis destitu-
tus ac desertus videbatur. Dignissima profectò talio, quæ o- 74
mnibus id genus hominibus accidat, ut & ipsi humiliores fa-
cti, in aliorum liminibus hærere discant, qui alios in vestibulis
suis, præ contemptu & fastu longissimis exspectationibus fati-
gaverint. Quod quidem in se ipse didicisse Sylvius videtur,
cùm in aliorum foribus, hinc inde missus legatus & obtestator, 75
sæpenumerò, non sine gravissimo tædio & stomacho, pepen- *Plati. in ejus v.*
derit, ut cùm jam potestatem & clavem Pontificiam nactus es-
sent, neminem unquam singulari humanitatis specie in atrio 76
opperientẽ exspectationis mora ulla delassaverit. Erat ea hu-
manitas veterũ Romanorũ summæ potentiæ affinis, ut quem- *Cic. de pet. Cons.*
admodum Consul eloquentissimus ad fratrem Consulem fu-
turum scribit, curarent aditus ad se diurnos atque nocturnos 78
patere, neq; solùm foribus ædium suarum, sed etiam vultu &
fronte, quæ animi janua est, quàm lætissimâ sese conventuros
exci-

exciperent. Secuti illud institutum optimi quiq; Imperatores
79 prædicantur, qui non modò intra palatia interiora accessum
Herod. in v. Ant. petentes admisêre, sed etiam cum Antonino Philosopho Cæsare, ingredienti cuivis dexteram placidè porrexerunt. Transtulit autem inter alias verè Imperatorias, atque adeò divinas
80 virtutes indolem hanc, tanquam hereditariam Cæsarei sanguinis notam, ad celsissimam stirpis suæ posteritatem Rudolfus Austriacus I. Quid verò ille? cùm à ministris tenuiores quosdam, qui supplicatum venerant, aditu submoveri conspi-
81 catus esset, non sine stomacho: *Sinite,* inquit, *homines me accedere: nec enim idcirco ad Imperium accitus sum, ut in arcula conclusus*
82 *tenear.* Sed suprà quoque idem de Ferdinando Cæsare audivimus. Quis verò totius hujus serenissimæ familiæ dotes genti-
Chron. Chyt. lib. 10. litias, *incredibilem clementiam, bonitatem, beneficentiam, moderationem, affabilitatem, mansuetudinem,* uti Sigismundus de Sara w
83 in Oratione sua scripsit, *splendidissimo lumine enitescentem nõ per-*
Varsev. in Ora. ad Rud. I. & passim in fasc. orat. Austr. *spexit?* in qua nullum unquam tyrannũ, cum tam sublimi potentia, ut exteri quoque Oratores fatentur, vel legimus vel audivimus fuisse. Hæc verò cùm de tantis Principibus prædicari tantoperè audias, quod tui officii, Cancellarie, in hac re sit,
84 haud obscurè intelligis. Cottam Romanum nemini domum suam occlusam tenuisse, sed præsto omnibus fuisse, operamq; suam, quoad non contra officium rogaretur, polliceri cunctis solitum celebrarunt. Quod quidem exemplum velim nostro
Cic. de pet. Cons. propositum esse, non tamen itidem illud, quod de eodem annectitur. Quid autem? Negari ille quidem sese nemini solebat,
85 ut Tullius perhibuit, sed impertire tamen iis, apud quos optimè operam suam poni arbitraretur. Nolim enim ita nostrum affabilitatis & humanitatis imaginem fuco quodam occultare, dextramq;, quod dicitur, sine mente porrigere, preces &
86 supplices libellos benigno vultu accipere, operam omnem

polli-

polliceri, nunquam verò animum ad promissa præstanda inducere. Parvi autem refert, docente Tullio, patere ostium, si vultus & frons voluntate abditâ & retrusâm teneant. Reprehendit illum morem in Imperiali suæ ætatis Cancellario Ulrico, de quo ante diximus, pluribus literis Sylvius, quod ne nostro etiam accidere possit, Cottæ artificium istud omni ratione fugiat, ne cassam nucem specioso putamine ostentare videatur. Erat in veteri urbe etiam M. Crassi avaritia propterea popularior & tolerabilior, quòd hac gratia, tanquam pucherrimo indumēto, sese obvelaret, quòd nulli civium patrocinium suum non lubens impenderet, quòd ædes suas, Hymettiis columnis refertas, nemini non apertas esse juberet, quòd in via obvios sibi factos quosq; humanissimè salutaret. Ita quoque nihil est, quod hujus muneris ac dignitatis splendorem ac magnificentiam vehementiùs illustret, quàm morum & sermonum singulari gravitate condita suavitas. Quemadmodum, hoc ornamento, nostra memoria, opibus & facultatibus copiosissimum, longeq; felicissimum Cancellarium, Lampertum Distelmejerum, summoperè eluxisse scribunt. Ita enim de eo sæpiùs citatus auctor: *Promiscuis salutationibus admittebat ex plebe etiam infimos, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut omnibus sese cupere opitulari verbis & vultu ostenderet.* Quid verò elegantius, quid venustius in simulacro & effigie formosi Cancellarii, penicillo ullo pingi, quid fingi possit? Solent plerunque magni viri, atque ii potissimè, qui à parvis initiis ad altitudinem rerum progressi, gloriæ stimulis, ut Hippolytus loquitur, plusquàm satis est sæpè incitari, unde superbia & aliorum contemptus nascitur, quando sua bona cum aliorum facultatibus conferant, eaq; præferant. Quamobrem Heraclitum non ineptè superbiam, νόσον ἱερὰν, morbum sacrum, appellasse ferunt, quòd sæpenumerò præstantissimus quisq; ea pe-

Margin: 87 *Ep. 296. & seq.* 88 89 90 91 92 *Hild. in. d. orat.* 93 *Hip. de Conf.* 94 95

X ste

ſte teneri videatur. Ex quo Salluſtium exclamaſſe legimus, eſſe
96 eam commune nobilitatis malum. Verè malum! Nihil enim
eſt, quod magis odioſum hominem reddat in quacunque vitæ
parte, nihil, quod ex odio citiùs in contemptum, & vilitatem,
97 atque inde in præcipitium hominem conjiciat. Eſt quippe ſu-
Pet. de rem. ut. for. lib. 2. c. 11. Stob. ſer. 20.
perbia tum Deo, tum mortalibus omnibus maximè infeſta.
Quod non modò Oracula ſanctiſſima paſſim in divinis literis,
verùm etiam profana monumenta condocuere. Nam ut ful-
98 men ardua quæq; & excelſa ferit, virgultis & arbuſtis humilio-
ribus præteritis: ita Dei manus ſuperbia elatos, Stobæo diſſe-
rente, in omnibus muneribus proſternit ac dejicit, humiles ve-
rò amat & evehit. Deum autem plerunque in eo imitantur
Syl. in com. de dict. & fact. Alp. lib. 3.
Principes, tanquam Dii terreni, & pauci ſunt, qui non Frideri-
ci III. Imperatoris ſenſu præditi: Quo verò ille? *Neque ſtultis,*
99 ajebat, *delectari poſſum, neq; ſuperbis eſſe amicus.* Experti autem il-
lud in hoc officio complures, quod de Pallante quodam ſcri-
bit Tacitus, *nec tam grata*, inquit, *Pallantis innocentia, quàm gra-*
100 *vis ſuperbia fuit.* Nec multorum ingenii raritas, & eruditionis
præſtantia, rerumq; maximarum uſus, vitæq; cæteræ ſplendor
& integritas tam accepta fuit, quàm elatio & faſtus atq; arro-
101 gantia odioſa. Pallantis autem illius aulici, qui ex liberto ad
Tac. li. 13. Ann.
ſummam fortunam, ut etiam liberis imperaret hominibus, a-
ſpiraverat, ea ſuperbia fuiſſe prædicatur, ut nunquam libertis
ſuis quicquã domi, niſi manu aut nutu ſignificaverit, ne ſuam
vocem cum illis, quod indignitatis extremæ eſſe cenſebat, ullo
102 modo conſociaret. Quod quidem in barbarorum Rege Bor-
neo in India jure ridemus, qui, præter uxorem & liberos, ne-
Bod. lib. 4. de Rep. c. 6.
minem alloquio ſuo dignari proditur. At non minoris ſuper-
cilii faſtusq; eſſe videntur ii, qui cùm ingenii felicitate ex hu-
103 mili loco ad hanc vel aliam dignitatem ſublimiorem pervene-
rint, anteactæ ætatis ac conditionis memoria, tanquam in Le-
thæo

thæo littore, deposita, vix se ipsi, nedũ alios inferiores cognoscant. Quid? multi ne parentes quidem suos, à quibus pauperioribus nati sunt, videre & agnoscere per cancellos, tanquam per densissimas nubes, potuere, nedum alios propinquos & amicos admiserint. In fastos & seculi memoriam, hoc fastu 104
Thomas Volsæus Anglus, patrum ætate, pervenit, qui cum lanii filius esset, & ingenii atque doctrinæ felicitate Regis Sacellarius, referente Chytræo, evasisset, tandemq; prudentiæ commendatione summum gratiæ & autoritatis locum in universo regno adeptus, nõ modò Archiepiscopus Eboracensis, & Cardinalis, verùm etiam, cedente eidem Wilhelmo Waramo, *Chyt. lib. 7. Ch. Sax.*
Cancellarius magnus regni crearetur, cunctas istas excellentissimæ eruditionis ac fortunæ dotes, insolentia & superbia fœdissima deturpasse dicitur. Nam cùm quidã veterũ amico- 105
rum, quo ipse antea familiariter usus erat, quiq; ejus condiscipulus fuerat, ut antiquam necessitudinẽ revocaret, eum convenisset, negavit ille sibi unquã hominis nomen notum fuisse, superbeq; eundem rejecit. At ille discedens, *miseret me*, inquit, 106
istius Cancellarii Cardinalis, qui nec seipsum, neq; veteres ullos amicos & agnatos novit. Ita quoque Christianum Pontanum, Saxonicum Cancellarium, fastu plus quàm humano tumuisse idem præceptor noster prodidit, cùm, quod de Tantalo Pindarus cecinisse legitur, felicitatis magnitudinem concoquere animo 107 *Idem Chr. li. 2.*
quieto nesciret. Vix enim isto viro erat quicquam olim Saxoniæ toti visum, testante Neandro, beatius, cùm Witebergę uno *Neand. in ep. hu.*
eodemq; die, maxima celebritate & congratulatione, tum doctoralem triumphum, tum nuptialem solennitatem celebraret, & felicissima prædicaretur illa puellula, quæ tam egregio animi juveni nuptum iret, felicissimi parentes, qui tam admi- 108
randi ingenii filiũ genuissent. At tam insignes dotes tumor & struma elatissimæ superbiæ omnes vehementissimè deforma-

vit. Idem de Jona, Jurisconsulto & Vicecancellario, Justi Jonæ optimi Theologi filio, scribunt, eumq; non modò arrogan-
109 tem, sed etiam ingratissimum adversus senem parentem fuisse, eaq; re in Dei, qui superbiæ resistit, iram & pœnam incidisse
Bang. in Chr. Thur. ferunt. Quod tum demum ipse etiam agnovisse videtur, cùm, Doctore Henningio, Theologo Danico præsente, suprema voce hos versiculos, jamjam cervicem gladio ultori subjecturus recitaret:

110 *Quid juvat immensos scire atq; evolvere casus,*
Ni facienda facis, & fugienda fugis?

Lusit scilicet magnus ille rerum omnium Imperator in utroq;
111 ludum illum puerilem, quem Johannes Gerson, Parrisensis Academiæ Cancellarius, & regius legatus atq; Consiliarius, contra superbiæ flatum scripsit:

Vidi ego, inquit, *vesicam modico turgescere flatu,*
Quæ pisis sonuit quattuor impositis.
Hanc puer unus acu pupugit, displosa repente
Vilis, & absq; sono flaccida detumuit.

112 Idem enim plerunq; contingere solet iis, qui aulicas dignitates & officia, tanquam vesicæ imposita pisa, gerunt, qui elati potestate aliena strepunt, qui terrores, atque minas spirant, fugant & persequuntur innocentes, neq; perpendunt illud Po-
113 lybii dictum, quod certè omnium officiorum aulicorum foribus inscribi dignum. Quod illud? *Ut abacorum calculi secundum voluntatem calculatoris, modò assem, modò minam, modò talentum valent: Ita aulici ad nutum Principis, modò beati, modò miseri*
114 *sunt, nunc ad sidera, nunc tanquam fulmine quodam ad Tartara*, ut Lucretius canit, *vicissim dejiciuntur*. Sed plura ea de re omittimus, & cum Sigismundo Imperatore exclamamus: *beatos fore*
Syl. d. l. de dict. & fact. Alph. lib. 1. *in Imperiis Reges ac Principes, si exclusis superbis & arrogantibus mansuetos maximè & humanos viros in curiã ascifcant.* Noster verò

sedulò

ſedulò cogitet de eo conſilio, quod Priſco inculcatum eſſe legimus, *ne ſe ſupra Principem ipſe efferat, ne ſupra*, ut Tacitus loquitur, *ſcandat:* cogitet de prudentiæ pleniſſima iſtâ adverſus o- 115
mnem inſolentiam ſententia, quæ apud eundem auctorem legenda: *Cuncta*, inquit, *mortalium incerta, quantoq́ plus adeptus ſis,* *Tac. Ann.*
tantò magis te in lubrico eſſe: præterea pulchrum illud eſt de Albino, Cancellario Marchico, qui prædicatur, *ideò pauperes mul-* *Hild. in d. Ora.*
tos aluiſſe, quòd ſe olim diceret, itidem pauperem fuiſſe. Idem age, & 116
loquere, quicunq; è plebe & inferiore ordine ad literariã hanc dignitatem ſtudiorum & virtutis commendatione perveniſti, Villegiſum illum Archicancellarium veterem in ea re imi- 117
tatus. Quid ille? Plauſtrarii filius, cùm ad Archiepiſcopatum Mœni, & in eo primus ad ſolium & trabeam Septemviralem Imperii conſcendiſſet, pictis undiquaque rotis, paterni opificii 118
inſignibus, in palatii, totiusq; domus principalis parietibus, *Bruſ. in Epiſt.*
priſtinæ fortunæ & originis memoriam oculis ſuis aſſiduè ſub- *Ger. Caſt. lib. 4.*
jiciebat, addito hoc carmine: *Cogita, Villegiſe, qui fueris, & qui mo-* *c. 6. de Prin.*
dò ſis, cogita. Memorabile Germanicæ virtutis exemplum! di- *Ger. virt.*
gnumq;, quod opponatur novis & inſolentibus ſcutis ac armis 119
eorum, qui avitâ paternâq; teſſerâ atq; notâ abjectâ, nunc leones, nunc aquilas, nunc alias quadrupedes & bipedes animantes, cum alis & unguibus, cum galeis ocreisq; & aureis calcaribus, ambitiosè prece & precio maximo emunt, iisq; nomen & dignitatem ſuam ornatiorem fieri poſſe rentur. At illi non intelligere videntur, glorioſius Agathocli fuiſſe, avitum ipſius lutum inter aureas menſæ opes enituiſſe, quàm patre figulo 120
natum ad luculentum regni diadema & faſciam, ab argilla lutulenta, perveniſſe. Sed ad reliqua hujus virtutis genera veniemus, & contra voluptates omnes, tanquam Ulyſſea quadam cera ac ſigillo, mentem atque animum totum Morvillerii noſtri obfirmabimus, Tullianâ ſententiâ, veluti graviſſimo repa-

121 gulo,cunctis sensibus objecta. Quæ verò illa? *Qui voluptatibus,* inquit, *ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt, missos faciant honores, nec attingant Rempubl. patiantur viros fortes labore, se otio suo frui.* Quod quidem ad hoc munus eò propiùs pertinere judicatur, quò ejus ad Reipubl. guberna-
122 tionem major necessitas, reliquæq; omnes officiorum partes, ab hac parte magis pendere videantur, quæ quasi oculum & lumen prudentiæ, in qua prora & puppis Imperii consistit, omnibus aliis muniis præfert. Prudentiæ autem cunctarumq; aliarum virtutum nutrix & conservatrix, temperantia & so-
123 brietas esse dicitur, cujus idcirco nostrum oportet studiosissimum haberi, eoq; magis, quò crebriùs accidere illud, & ferè quotidie, præsertim inter Germanos animadvertitur, quod vulgaris versiculus docet: *Sapientem facit insipientem temulentia.* Etsi autem majores veteris Germaniæ celebrentur, aucto-
124 re Romano, inter scyphos consilia sua de rebus gravissimis agitasse: sobrii tamen eadem retractasse feruntur, illustri certè eorundem argumento, *Bacchum puerum esse, vinumq; in omnibus*
125 *rebus facilimè hallucinari.* Nolit itaque noster ad veteris Poëtæ Ennii morem, aut Æschili, de quo canitur, *nunquã, nisi potus, ad arma prosiluit*, cancellos & officii studium vino deditus ingredi, sed quàm maximè per omnem ætatem in hoc munere conti-
126 nenter & sobriè studeat degere. Multis enim evenit in hac provincia, quod Philippo & Alexandro, patri & filio, Macedoniæ Regibus, ut, quod de illis scriptum est, nimia vini aviditate quàm plurimas vitutes obruerint & obscurarint. Multos etiã ab hac dignitate remotos esse nulla alia de causa compertum est, quàm quòd occupatissimi officii rationem præ crapulæ
127 studio nullam habere possent. Nam & Philippi, quem modò diximus, Regis, in tribunali & judicio animadversa tumulentia, muliebri dicacitate, non injuria castigata & correpta esse

Tac. de mor. Ger.

Nat. Com. in Myth.

Hor. in art.

Pat. de reg. lib. 4. c. 16.

 fertur,

fertur, cùm ab oscitante, & per vini æstum fluctuante judice, ad *Val.lib.6.c.2.*
frugi & sobrium anicula, nescio quę, temerè condemnata pro- 128
vocaret. Multò minus verò ferendum erit, ut Cancellarius,
qui mens & os Principis, ab officio suo per ebrietatis vitium
impediatur, cujus, ut jam antè explicavimus, tam negotiosa
provincia esse videtur, ut ne justæ quidem mensæ & quotidia-
no cibo sat otii concedere possit. Tametsi autem nonnullis So- 129
craticum quoddam adversus vim meri inesse robur videatur,
ut, quod de Tratzigero, Cancellario Holsatiæ accepimus, & de *Ang.in Chr. Brand.*
Hieronymo Schulteto, Oratore & Consiliario Electorali Mar-
chico, aliisq; legimus, vini viribus magis magisq;, ad animi & 130
linguæ vires feliciùs exercendas, incalescant, multoq; expedi-
tiùs omnia officii sui munia perficiant, quàm si jejuni & sobrii
quicquam earum rerum suscipiant: Tamen nostrum inter eos 131
felices Liberi liberos esse nolimus, tum, quòd per se turpe sit *Hip.de Pal. Vopisc.in ejus v.*
homini, in aliqua dignitate versanti, more istius Bonosi aulici, *Pat.d.c.2.*
qui apud Aurelianum Imperatorem Bacchi stipendium me-
ruit, uterum, tanquam utrem, multo mero quotidie ingurgi-
tare. Quod quidem nihil aliud esse videtur, quàm se natum
ad perdendum temetum putare, ut veteres dicebant: tum ve- 132
rò longè turpissimum viro, munus & honorem literarium
sustinenti, Bacchi flaminem atque ministrum malle, quàm so-
briarum Musarum justitiæq; sacerdotem videri. Accedunt de-
nique non modò rerum & temporis longè preciosissimi, ve- 133
rùm etiã valetudinis ac sanitatis certissima detrimenta. Quod *Hild.de Alb. Cancell.vit.*
enim de Albino, Cancellario Marchico, scripsit medicus, ipsũ
mortuum esse, ex destillationibus, eamq; mortem aulicis esse
valdè familiarem, propterea, quòd sæpenumerò à principum 134
mensis, tum primis, tum secundis humores molesti destillent,
qui multos blando primùm strepitu inficiant, mox ingenti
murmure afficiant, tandem leni lentoque sopore interficiant:
Illud

Illud longè verissimum esse, ac plurimis tum in hoc, tum in a-
liis id genus aulicis officiis usuvenire, experientia quotidiana
Pet. de rem. ut. fort. lib. 2. dial. 84. documento esse potest. Quàm multi enim dolore podagrico,
qui, ut Petrarcha ludit, divitias comites habere solet, & Vene-
135 ris atque Bacchi progenies prædicatur, quàm multi arthriti-
l. podagra 3. C. qui etat. vel. morb. de, aliisq; ex incontinentia contractis morbis ita laborant, ut,
quemadmodum Imperatores rescripsisse leguntur, *ne quidem*
rebus propriis intercessum commodare possint, magnoq; Reipubl.
cum impedimento, optimam temporis partem, quod Reip.
Syl Epist. 146. Plat. in Sylv. v. Camp. in ead. consiliis impendere debebant, in lectulo consumant? Quam
multi, cum Sylvio, Imperiali Protonotario, de calculorum
molestiis, de renum & pedum doloribus, de tussi, de catarrhis,
136 aliisq; id genus officii remoris conqueruntur? Verùm iidem
cogitent, an non cum eodem sæpiùs exclamaverint, *vinum me*
Sylv. Epist. 92. *alit, me juvat, me delectat, me beat, hic liquor suavis mihi erit usq; ad*
137 *mortem.* Fuge, noster, & contrà Xenophontis oraculum audi.
Quid ille? *Nihil in homine*, inquit, *nasci poterit mali, qui tempe-*
138 *rantiam amplexus fuerit.* Credimus: nam, uti gravissimus auctor
Hieronymus testatur, leguntur quoque nonnulli morbo ar-
c. legimus 30. de cons. dist. 5. ticulari & podagræ doloribus laborantes, simplice mensa &
frugaliore victu, valetudinem recuperasse. Sequere remedium
Sp. de volup. Canonicum longè consultissimũ, contra mortem, ut Spinæus
139 apoplexiam nominat, Canonicam, fructumq; sobriè & conti-
Cic. de senect. nenter, pureq; exactæ ætatis, senectutem placidam lenemque
exspecta, ut uno & octogesimo anno, cum Platone scribere,
scribensq; mori, & cum Isocrate, per omne ætatis spacium, ad
nonaginta amplius annos, inoffensa valetudine superesse, fir-
140 moq; animi judicio & sensu, cum M. Valerio Corvino, cente-
simum egressus, Reipubl. inservire, muniaq; tua rectè, secun-
Pat. d. lib. & c. Tac. Ann. Cic. de sent. dum Taciti verbum, implere semper possis. *Solet autem libidino-*
sa & intemperans adolescentia quàm maximè effœtum, teste Tullio,
tradere

tradere senectuti corpus. Non igitur hîc imitandus ille, gallo gal- 141
linaceo lascivior, Sylvius, qui etsi in officio Imperiali scribit, *se* d. Epist. 92.
Baccho magis quàm Veneri imposterum velle parere, cùm plenus sit, &
nauseam illa fecerit; tamen ut verum fatear, inquit, *magis me Venus*
fugitat, quàm ego illam horream. Nihil autem fœdius, nihil in pu- 142
blica auctoritate & dignitate constituto viro indignius, quàm
Silenum esse, ac libidinosè in amoribus spurcis, tanquam in
Circea hara volutari. Est enim dignitatibus prædito homini,
ut Juvenalis præclarè cecinit, vivendum rectè, cùm propter
plurima, tum his præcipuè causis, ut linguas mancipiorum 143
contemnat. Nec verò honoratus ab amico suo Cancellarius Sylv. tract. de Eur.
Casparus Sliccius, sed potiùs dehonestatus esse videtur, quòd Idem Epist. 912.
non modò ejus amores, sub Euryali & Lucretiæ nominibus, a-
peruerit, verùm etiam apertè scripserit, *neminem Senis, quæ civi-*
tas Veneris sit, ipso lasciviorem fuisse, neminem vehementiùs arsisse,
nihilq; ibidem amatoriè sine eodem gestum esse. Noster verò contrà, 144
cum Sophocle, gaudeat, ut Tullius de eo retulit, sese libidini-
bus, tanquam dominis agrestibus & furiosis liberari, omnesq; Cornif. ad Heren.
illicitos amores, tanquam lethale mulsum, consilio Cornificii,
si verè sapiat, fugiat, nomenq; & existimationem, velut oculi
sui pupillam, integram & illæsam ab omnibus opprobriis, imò
à suspicionibus cunctis violati pudoris tueatur, multò minùs 145
verò committat, ut, secundum vulgi dicterium, lusu & jactu
Veneris sigillum ac ceram perdidisse dicatur. Quod quidem Pol. in præfat. Suet.
Suetonio Epistolarum magistro, in Adriani aula contigisse le-
gimus, ut, cùm sese familiariùs, injussu Cæsaris, apud Sabinam 146
Imperatricem egisset, quàm reverentia domus augustæ postu-
lare videretur, officio suo & honore fuerit privatus. Infelicior
sanè amorum ille magister, quàm Einhardus in eodem officio
apud suum Carolum? Ille enim gener Imperatoris per hoc ef-
fectus esse legitur, quòd Venere atque Junone secundissima
Y usus,

usus, filium Magni, quæ Regi Græcorum desponsata erat, secretis alloquiis & amplexibus sibi tantoperè addictam, deditam & obstrictam reddidisset, ut ejus humeris è cubiculo visus ab ipso parente Cæsare fuerit asportari. Res, ut exclamat narrator, admiratione digna! Sed nos ab ejus fortunæ admiratione nostrum ad præsentem virtutem revocamus, caputq; finimus, & umbilicum Tullianum hunc ex Architæ oratione imprimimus: *Nullam capitaliorem pestem, quàm corporis*
148 Cic. de senect. *voluptatem hominibus à natura data, cujus voluptatis avidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur. Hinc patriæ proditiones, hinc Rerumpubl. eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci: nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod non libido voluptatis impellat, stupra verò & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris incitari, nisi voluptate, cumq; homini Deus nihil mente præstabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum, quàm voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiæ locũ esse omninò, neq; in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quocirca nihil tam esse detestabile, tamq; pestiferum, quàm voluptatem, siquidẽ ea, cùm major est, atq; longior, animi lumen*
149 *extinguit.* Hæc ille olim, qui ligneã columbam volatilem fecisse celebratur, dixisse fertur, non tam profectò lignea ave, quàm aurea ista sententia admirabilis. Utinam autem & illa volatilis, & in omnium animos penetrabilis facta, viribus suis omne voluptatis ac libidinis, & incontinentiæ virus funditus, ex internis, quæ huc usque explicata sunt, Morvillerii nostri dotibus & ornamentis, officio Cancellarii necessariis, exhauriat, quibus ad hunc modum relictis, ad externa munera transeamus.

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De externis in persona Cancellarii requirendis qualitatibus.



HÆc autem, cùm in conspectu posita sint, atque 1
oculis omnium subjecta, vulgi applausum & admirationem multò facilius consequuntur, quàm illa, quæ, ut Plato, & ex eo Tullius scribit, si similiter oculis cerni possent, mirabiles amores sapientiæ excitarent. Ex eo autem non rarò usu venire solet, *ut*, quem- 2
admodum in Fortunæ suæ somnio Æneas scripsit, *supra Libani cedros exaltentur, summisq́; honoribus evehantur homines sine literis, elingues, sine sensu, qui vix manus dextera quot digitos contineat, norint, iisq́; præferantur, qui non tam homines, quàm Dii, si cum aliis comparentur, esse videantur.* Quod quidem tum temporis Pro- 3
copio de Rabenstein, in Bohemica Cancellaria, cõtigisse, idem ibidem prodit, ut tametsi literarum morumq; cultu politissimus fuerit, indocti tamen & hebetes ei fuerint in hoc, de quo agimus, munere & dignitate aliquoties prælati. Anteponuntur autem alibi ingenii felicioris dono divitiæ, alibi generis ac 4
familiæ imagines, aliis favor & gratia pro alis & humeris est, aliis alia necessitudo atque proximitas opitulatur. Quod qui- 5
dem non ad eum modum fieri debere clamitant omnes Reip. benè instituendæ periti, graviterq; inter alios Saxoniæ Cancellarius, Melchior ab Offa, Principes maximi ex eo nascentis incommodi monuit. Esse autem illud nõn alterius imprudentiæ

Cic. lib. 1. off.
Sylv. Epist. 108.
Melch. ab Off. de prud. regn. c. 6.

Pl. de Rep. 3. Plato quoque disseruit, quàm si in gubernatore navigii legen-
6 do non artis peritiam, non maris experientiam, sed solùm ex-
ternam oris pulchritudinem, lacertorumq; firmitudinem, vel
etiam originis, aut opum splendorem, spectare in magistro ve-
lis, eumque clavo præficere, qui nunquam versoriam viderit,
nunquam sideritem cognoverit, nunquam Helicen & Cyno-
suram observaverit, nunquā ne remum quidem duxerit. Nec
7 verò minorem curam Reipubl. muneribus longè optimè con-
stituendis, quàm naviculæ alicujus moderationi rectè admini-
strandæ adhibendam esse arbitrabimur. Sunt itaque hæc, quæ
in externum aspectum maximam partem cadunt, longè qui-
dem inferioris momenti, tum in hoc, tum in aliis Reipub. fun-
ctionibus, quæ animi viribus potiùs, quàm corporis commen-
8 datione sustinentur, habenda: non tamen omninò, si reliquis
naturæ & animi donis adesse possint, postponenda. Nam &
Stob. serm. 63. corporis pulchritudo aliquid reverendum, quod & admira-
tione dignum, & quod plurimùm ad auctoritatem, quæ tum
9 huic, tum aliis majoribus dignitatibus summoperè optanda,
& augendam & conservandam pertinet, in se continere, do-
cente Dione, videtur: Tum reliqua fortunæ melioris benefi-
10 cia, etiam Philosopho teste, maximum nervum & ornatum su-
perioribus afferre solent. De iis itaque simili ordine agemus,
11 non tamen, ut tam pensiculatè singula corporis membra, tan-
Fur. Cer. de Cons. C. de ad. quam in Vesaliana anatomia, consideremus, quod in Consilia-
And. Re. in dis. polit. de Cons. n. 8. rii sui vultu, in naso, in barba, totoq; filo curiosè fecisse Hispa-
num Furium videmus, quem ideò etiam Philosophorum au-
ditores, quod ipse tamen ferè prævidit & præmonuit, in Gy-
12 mnasiis naso suspendisse videntur, cùm tamen veteres non mo-
dò Persæ, verùm etiam vulgus nostri ævi, plurimum judicii in
13 hominum delectu ex iis partibus sumere soleant. Nec verò
14 Socrates ratione gravissima caruisse dicendus, quòd non nisi
pulcher-

pulcherrimi corporis adolescentes in disciplinam, atque institutionem, regnumq; Philosophiæ cooptare voluerit, imitatus
forte, nescio, quem Indiæ populum, cujus Strabo meminit, qui *Str. lib. 18.*
formosissimum omnium ex sua gente, apium ingenio, Regem 15
legebant, sive potiùs, ut apud Platonem in Phædro ipse innue- *Col. lib. 9. de re rust.*
re videtur, idem de formæ ratione judicarit, quòd doctissimos *Plin. lib. 11. c. 16.*
quosq; viros censuisse scribit Panegeristes ad Constantinum *Tir. com. 2. n. 54.*
Magnum, *naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, & ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi posse,* 16
quantus illo cœlestis spiritus intravit habitator. Cui quidem sen- *Gal. lib. 1. de res part. de temp. lib. 2. c. 6.*
tentiæ ipsi naturæ filii, Hippocrates & Galenus aliiq; astipulantur. Nec aliter sentire cum Ambrosio Theologi videntur, qui 17
species corporis, inquit, *simulacrum mentis est figuraq; probitatis*, idq;
assumunt Jurisconsulti & politici, ac cum Luca de Penna scri- *Luc. de Pen. in l. 1. C. qui æt.*
bunt, *cum non satis idoneum studiis liberalibus esse videri, qui invenustus fuerit & deformis.* Quod quidem si de vera pulchritudine
accipiatur, quæ non tam in venustate muliebri, quàm in dignitate, ut Cicero distinguit, consistere videtur, faciliùs erit con- 18
cedendum. Illa enim absq; ingenio pulchro, neque hoc absq;
illa satis feliciter esse poterit. Alioqui non rarò contingit, ut, *Hip. de Conf.*
quod de Trivultio, suæ ætatis fortissimo viro, scripsit Jovius, *in* 19
pluribus præstantissimis viris forma externa internæ animi virtuti *Iov. in illust. v.*
non respondeat, sæpeq; sub invenusti atque ignobilis corporis
tabernaculo, pulcherrimæ & nobilissimæ mentis suppellex delitescat. De qua re etiam Senecæ judicium non aliud fuisse videtur, cùm scripserit, *non quidem animum deformitate corporis fœdari, sed pulchritudine animi corpus exornari.* Nec externus ille 20
formæ & oris character ad animi & indolis indicium non sæpissimè fallax, & incertus esse deprehenditur. Quid enim, an 21
non Eduardum, in commentariis nostri Cominæi, Angliæ Re- *Com. lib. 10.*
gem, omnium id ætatis hominum formosissimum legis? at le-

gis eundem omnibus voluptatibus mancipatum, legis intem-
24 perantiæ tantoperè deditum, ut etiam in florentissimo vitæ statu ejus pœnas dederit, repentina morte sublatus, judice
25 prudentissimo auctore. Ex sacra verò historia Absolonis incredibilis venustas, & admirabilis comarum comptus in vulgi sermone versatur. Nec Commodi Imperatoris, planè incommodi, aurea Cæsaries, & longè pulcherrima corporis constitu-
26 tio, turpissimiq; Heliogabali, cunctis admiranda, pulchritudo, orisq; & ætatis florentissima lanugo, in Romanorum annalibus non prædicatissima. Sed quid rem omnibus quotidiana experientia notissimam confirmamus? Nos Morvillerium
27 nostrum quolibet ore excipiemus, modò animi elegantia & virtutum comptu, reliquisque ornamentis necessariis commendatissima habeatur, nec de colore externo, sive ater, sive albus sit, multùm inquiremus, modò non eâ notâ sit, ut Horatianum verbum usurpari de eo possit:

Herod. in v. Com.

Idem in v. Hel.

28 *Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.*

Eò verò ille pulchrior nobis erit, si cum illo dicere poterit: *For-*
29 *mam quidem non potui, sed ingenium mihi venustum dare.* Nihilominus tamen, utraq;, quod dicitur, manu, si, tanquam divina
30 virgula, nobis offerri poterit, amplectimur eum isto habitu, ac cultu, de quo verissimè illud Maronis nostri dici possit:

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.


31 Qua quidem ratione etiam Baldi sententiam in delectu duorum æquè peritorum hominum sequendam esse ducimus, ut si alter altero corporis decore & auctoritate sit præstantior, meritò etiam, tum in hoc, tum in aliis civilibus officiis & di-
32 gnitatibus, quæ cum doctrina ac eruditione personam requirant, præferatur. Esse autem etiam in Cancellario legendo ra-
33 tionem non minimam ejus rei habendam, Imperator significare videtur, qui omissis omnibus aliis encomiis & collaudationi-

Bal. in proœm. Decr.

tionibus, quibus insigniri legalis ille, ut à Spartiano dicitur, *in proœm. ff. §. 3.*
prudentię thesaurus, Papinianus potuisset, tanquam illud reli-
qua omnia præconia complectatur, *pulcherrimum* appellavit.
Quod quidem cum Alberico plerique omnes interpretes de 34
externa corporis elegantia ac formositate intelligunt: alii ve- 35
rò de fulgore scientiæ accipiendum illud verbum esse cum *Ang. in d. §.*
Angelo & Cyno, arbitrantur, quod ego conjunctum de utra- *proœm. ff.*
que & corporis & animi elegantia interpretari malim: *Ea enim* *Cyn. in l. providendum 7. C.*
pulchritudo verè res suavis est, teste Menandro, *quæ habet mentem* *de post.*
simul sapientem. Ita quidem trium Impp. Ottonum, Cancella-
rium Adeldagum, pulcherrimum fuisse legimus, quem Cran- 36
tius, *specie decorum, morumq́, probitate speciosiorem*, prædicavit. At- *Crant. lib. 3.*
que eodem modo pulcherrimū Georgium Pontanum, trium *Met. c. 16.*
Saxoniæ Electorum Cancellarium, patrum memoria, fuisse 37
accepimus, qui cum singulari corporis dignitate, vultusq́; ac
oris auctoritate præclarissimas animi dotes ac ornamēta con-
juncta habuisse celebratur, ut, quemadmodum suprà etiam
dictum est, nullius auri, quod tamen Pindaro Poëtæ rerum o- *Pind. Olymp.*
mnium pulcherrimum esse videtur, fulgori & precio non an- *Od. 1.*
teferendum esse, vulgò dixerint. Dignissima profectò viri illa 38
dignitas, qui in pulcherrimo totius Imperii cōsessu, omnium-
que Christiani orbis procerum, ac legatorum conventu, co- 39
ram potentissimo Cæsare Carolo V. illud, quod rerum cuncta-
rum in Augustana congregatione pulcherrimum fuit, ipse et-
iam pulcherrimus pulcherrimè peregerit. Quid verò illud? *Dress. in mill. 6.*
Repurgatæ doctrinæ, verbique divini articulos Imperatori ab
Evangelicis Principibus exhibitos, clarissima voce, ut non mo-
dò totius palatii aure ac sensu quàm optimè percipi, verùm et- 40
iam ab omnibus foris astantibus, domumq́; circumstantibus,
probè exaudiri potuerit, recitasse magno cum silentio & at-
tentione omnium prædicatur. Qua quidem de re ultimam il- 41
lam

lam his postremis temporibus tubam fuisse scribunt, cujus so-
nus in omnes terrarum oras ex ipsius ore emanaverit. Est au-
42 tem potissimè Cancellario optanda idcircò corporis majestas
& gravitas, ut illud, quod Maro noster cecinit, feliciter perfice-
re inter alia sua munera possit: *Tum si gravitate*, inquit, *virum*
quem conspexere, silent, arrectisq; auribus astant. Ille regit dictis ani-
mos, & pectora mulcet. Sed cùm perfecta pulchritudo atque di-
Luth.Tom.7. gnitas eorum, qui ad officia publica idonei habeantur, multò
facilius pingi atque effingi in tabellis, quàm undiquaq; obvia
43 Call.in hymn. Pall. haberi possit: ad orichalchum atque speculum Veneris eam
non revocabimus, aut exactius examinabimus, *in quo*, ut Calli-
machus canit, *vultum & formam suam è Iovis cerebro nata Mi-*
nerva minimè contemplari solet. Quo quidem fabulę integumen-
44 to idem significatur, quod paulò antè scripsimus, *prudentiæ flo-*
45 *rem externo corporis cortice non esse æstimandum.* Quid enim
Gell.lib.2.c.18. veteris Epicteti corpore deformius? quid conditione ejus mi-
46 Thom.Naog.in pręf.Epict. serabilius legi potest? At vide in tam indigno diversorio ho-
spes quàm nobilis, & propè divinus animus, à quo ille doctri-
næ thesaurus profectus, quæ quàm proximè etiã ad sacrarum
47 literarum præcepta accedere prædicatur. Sed & Christiano-
Scal.exer.295. Fur.de Cons. rum Philosophorũ princeps, Julius Scaliger, Cardani opinio-
nem, quam ex politicis Furius secutus esse videtur, refutavit,
arbitrantis gibberos, mutilos, claudos, curvos, alioq; vitio, &
externo defectu laborantes, animi quaq; corrupti labem cir-
cumferre, neque solùm stupido & torpido ingenio, sed etiam
48 improbo omnes esse. Contrà verò ille, eos ut plurimùm vivi-
diore captu ac indole esse, curvosq; maxima ex parte suggestis
tum prudentiores, tum fortiores, tum temperantiores inveni-
49 ri confirmat. Non itaq; opus esse arbitramur, ut, more mango-
Fur.d.lib. num, qui antequam equũ emant, diligentissimè jubam ejus,
buccã, aures, oculos, dentes, crura, pilos, totamq; formã con-
tem-

templantur, ita singula, ut Ceriola contendit, in Cancellario, quæ ad externam pulchritudinem, exquisitamque omnium membrorum proportionem attinent, ad unguem rimemur, 50
sed tamen, quas, in Legato nostro eligendo, rationes & causas dignitatis ac elegantiæ non posthabendæ adduximus, eas etiā hoc loco repetitas volumus. Nam & noster ita omnibus in- 51
structus ornamentis esse debebit, ut non modò in domesticis, verùm etiam externis in oculis maxima cum laude & voluptate versari possit. Tametsi itaque suprà mentio nonnullorum facta fuerit, qui in hoc munere, etiam luminibus capti, non malè aliquandiu steterint, tamen, ut in civili dispositione quo- 52
que annotatum esse legimus, eum, qui in officio visum amisit, *l.1.§.7.ff.de poss.*
magistratum quidem ceptum retinere, ad novum verò aspirare, & admitti non posse: ita etiam illud, quod de Cancellariis 53
cæcis diximus, intelligendum. Nam, ut maximè in Consiliario & Senatore cæcitas Appiana aliquo modo tolerari possit, præsertim cùm mentis acies nihil caliginis sentiat, tamen nullo fe- 54
rè muneri videndi sensus, tam necessarius, quàm huic esse videtur, quod omnium literarum accuratissimè perlectarum obsignationem sibi inter alia commissam habet. Quam etiam 55
causam vidimus fuisse, cur nonnulli, quòd diuturnior oculorum hebetudo administrationi impedimento foret, officio suo ultrò sese abdicaverint. Sed cùm alibi librorum de his & aliis corporis qualitatibus plura disputata à me sint, hoc loco illis prætermissis, non tam staturam majorem, vel minorem, quàm ætatem in Cancellario intuebimur.



Z CAP.

Cap. II.

Qua ætate.

1 EUm autem, quem consilii atq; senatus, qui, quòd non nisi
senioribus patere debeat, à senio olim dictus, principem ac
caput esse velimus, qua alia ætate, quàm provectiore legemus.
2 Ita verò in veteri Romanorũ civitate, perhibente Plinio, cau-
Plin. lib. 10. Ep. 83. tum erat, Pompeja lege, ne quis ad senatum & consilium acce-
deret, atque adeò, ne quidem ullum magistratum attingeret,
3 qui minor annis triginta foret. Quam quidem legem obser-
vandam esse in Principis Consiliario hodie cooptando, politi-
4 corum magistri consultum esse arbitrantur, secundum vete-
Lips. lib. 3. civ. d. c. 4. rum proverbiale dictum: *Consilia grandiorum, hastas juventum
esse.* Dignum autem cera publica Consilium Ceriolæ esse vi-
5 detur, suadentis adolescentibus annorum tringinta spacio mi-
noribus, ut comparandæ prudentiæ senilis gratiâ, in Acade-
miis commorentur, mores & consuetudines gentium explo-
Fur. de Cons. rent, aulas & castra sectentur, linguas externas, aliaq; Consilia-
rii muneri necessaria instrumenta diligenter cõquirant. Quam
Hip. de Consil. quidem rationem vehementer confirmat & comprobat Hip-
6 polytus, utpote Reipubl. utiliorem & tutiorem. Junior enim
ætas nondum prudentia ea, quæ, ut vulgò dicitur, ante pilos
Pind. in Pyth. Od. 4. non effloresçit, valere potest, quæ in Consiliario requiratur. Et
ut maximè Demophilus aliquis sit, de quo Pindarus cecinisse
7 legitur: ἐκεῖνος ἐν παισὶ νέος, ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς, ἐγκύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.
*Ætate & mento puer floridus, sed cana mente providus, centum senes
annorum conscios, prudente consilio anteit:* Tamen auctoritate ea
apud populum adolescentia destituitur, sine qua munus & di-
Plut. in Sol. Bod. lib. 3. de Rep. c. 1. gnitas consulendi sustineri haud facilè potest. Qua quidem
causa Solonem legimus juvenem quemcunque, etsi sapien-
tia

tia præstaret, ab aditu sui senatus arcendū esse sancivisse. Cùm 8
itaque minoris ætatis Consiliarii, non nisi abortivi, ut Hippo-
lytus ait, esse possint, profectò Cancellarii munus, multò mi- 9
nus committi poterit iis, qui nondum ingressi medium mediæ
ætatis spacium fuerint. Mediam autem, quam opportunissi- *Fur. & Hip. ibi.*
mam consiliis ferundis esse dicunt, à trigesimo ad sexagesimū 10
usque annum deducunt. Nihil autem Principis, quacunque
ætate sit, magis condecorat latera, comitatumq; honorificen- 11
tiùs exornat, quàm prudentum Consiliariorum canities. Hinc *Guev. in hor. pr. lib. 3. c. 58.*
enim totius principatus auctoritas, hinc maxima regnantis di-
gnitas in admirationem hominum abducitur. Quod quidem 12
tam in vulgus notum est, ut etiā à fœminis, si quæ ultra calan- 13
ticam & caliendrū paululum sapiant, intelligatur. Quis enim
non ex superioris seculi fama cognovit illud, quod in Philippo 14
Hassiæ fortissimo Principe, cùm admodum adolescens, in Van-
gionum urbe, Imperii conventui interesset, omniumque ho-
minum oculos & ora in florentissimā ætatis suæ indolem con-
versa haberet, longè pulcherrimum omnium rerum in eo fue-
rit prædicatum? Nam vulgò etiam in matronarum colloquiis
dictum esse legitur, etiamsi quæcunq; in juvene conspiceren-
tur, Principe tam illustri sanguine nato, dignissima essent, he-
roicæq; dignitatis lucem & auctoritatem maximā præ se fer- 15
rent, nihil tamen esse pulchrius, nihil conspectius, quàm quòd *Sp in sp. nob. p. 2 lib. 11. c. 47.*
pulcherrima pubes gravissimo hominum senum & canitie ca-
pitis reverendorum Consiliariorum agmine stipata incederet.
Quæ res profectò eò majoris admirationis & præconii fuisse
videtur, quò rariores potentioris adolescentiæ comitatus eo 16
modo instructi & ornati esse consueverunt. Nam, ut auctor *Com. in com. lib. 1.*
noster observavit, cum æqualibus plerunque æquales, secun- 17
dum proverbium, facilimè congregantur, & cum Commodo *Herod. in v.*
Imperatore, quòd ille contra parentis præceptum faciebat, *Comm.*

grandiorum hominum & prudentum consortio, atque consilio posthabito, juvenili temeritati associantur, ex quo quòd
18 Solomonis filio imprudenti accidit, illud usu venire pluribus quàm maximè solet. At ô illi felices rerum omnium! si intelli-
19 gant nihil sibi præclarius & fortunatius fore, quàm si virtute
Idem lib. 3. & prudentia maturâ viros adhibeant, à quibus, docente nostro Philippo, eam existimationem apud omnes mortales consequantur, ut judicentur iis similes esse, quorum consuetudine
20 delectentur. Ita enim maxima ex parte fieri animadvertitur, ut quod in se quisq; amplectitur, illud etiam in aliis singulari
Calc. in Ep. studio prosequatur. Qua ratione legimus Ludovicũ Sfortiam,
21 Ducem Mediolanensem, cùm ipse calvus esset, omnibus sui Imperii muneribus, ac dignitatibus, homines calvos singulari industria conquisitos præfecisse. Præstitisset sapientes potiùs, & vera gravitate præstantes majore studio collegisset, iisq; of-
Deut. c. 1. ficiorum stationes, secundum consilium & mandatum sapientiæ divinę, exornasset. Nam, ut ad nostrum redeam, universum Consiliariorum cœtum, & totius Curiæ consessum, Cancello-
22 rumq; intuitũ venerabilem efficiet vel unius canus Cancellarii vertex, qui tanquã totius Collegii πρόσωπον, ipso sui aspectu, multarum rerum observationem, & experientiam, temporumque præteritorum memoriam, cum summa veneratione
23 officii, sustineat. Habet enim ab ipsa natura insitum sibi quen-
Calcagn. d. loc. dam reverentiæ cultum metumque canities, quæ etiam ea re Pompilio Numæ ad Romuli successionem, regnumque, commendationi, etiamsi immaturior in eo illa appareret, fuisse le-
24 gitur. Quò allusisse Maronis versus videtur:

Nosco crines incanaq; menta.

Nat. in Myth. Nec alia causa est, quamobrem Poëtæ finxerint, Regem Deo-
25 rum, Jovem in cunis quoq; incanuisse, quàm, quòd significatum voluerint, majestatem atq; canam gravitatem ad regnandum

dum aptissimam etiam in pueri venerabili aspectu enituisse, *Cas. lib. 7. pol. c. 14. q. 1.*
quando illud naturæ quoque ordo flagitare videatur, ut junio-
res à provectioribus ætate, & adolescentior impetus senili
prudentia regatur. Quæ quidem cùm ad hunc modum de ca- 26
nitie disputentur, non eò intelligenda sunt, *ac si in crinibus canis
potiùs, quàm in canis cogitationibus ac operibus*, ut Simanca loqui- *Sim. lib. 7. de Rep.*
tur, situm hujus officii decus & ornamentum esse arbitremur.
Senes enim eos quærimus, qui non solùm annis & comis, sed 27
etiam virtute omni canescant. Verè illi ad hoc officium senes!
at contrà, ut de Lanfredo Episcopo, Pontifex Nicolaus scripsit: *c. quorundam, dist. 33.*
*Meritò juvenes dicendi, qui juvenilibus desideriis occupati, nulla gra-
vitate constringuntur!* Sed, ut Synesius testatur: *variis cupiditati-* 28
bus obnoxii iræ, ambitioni, insolentiæ, intemperantiæ, vehementiæq́, im- *Syn. de reg.*
petu in utramq́, partem trahuntur. Quæ quidem omnia superio-
ribus illis nostris institutis contraria. Ex illorum autem tribu, 29
patrum memoriâ, Henrici, Brunswicensis Ducis, Cancellarius
Johannes Staplerus, qui in Comitiis Noricis anni 42. legendus,
fuisse scribitur, quem convitiandi arte, ac loquentia plùs quàm
juvenili in satyris, & invectivis ac scurrilibus scriptionibus pal-
mam & magisterium, teste Chytræo, obtinuisse ea ætate præ- *Chyt. lib. Chr. 25.*
dicant. Quo vitiorum genere nihil in hoc officio deformius,
nihil pestilentius, secundū illud veteris Nævii Poëtæ verbum,
quod Tullius ad hanc ipsam rem adduxit: *Proveniunt Oratores* 30
novi; stulti, adolescentuli, quorum ope & opera Respubl. etiam maximæ *Tull. de sen.*
labefactantur, & amittuntur. Quod quidem etiam ei, quem di-
ximus, perillustri Duci & Principi per sui Cancellarii scurrili-
tatem & stultitiam contigisse videtur. Contigit idem pluribus 31
aliis, quæ juvenili insolentia & temeritate suorum Cancella-
riorum in extremam perniciem abducti esse leguntur. Tamet-
si autem nulli non ætati sui nævi adhærere soleant, neq; cani-
ties semper albescere vero animi candore dicatur, sintque se- 32

num multa vitia ferè propria, quæ tum anticis, tum posticis foribus Curiæ & Cancellariæ exclusa esse oporteat: tamen
33 causæ illæ longè majores sunt, quæ potissimè huic dignitati seniorem deposcunt. Nihil enim indigniùs in omni horum officiorum constitutione ferri solet, quàm si juvenis, etsi aliqua re-
34 rum peritia & prudentia polleat, quod tamen fieri non posse exclamat politicorum magister Andegavensis, neq; facilè unquam populus illud sibi persuaderi patitur, provectioribus ætate, canisq; viris usu & experientia longiore confirmatis anteponatur. Ridiculum illud visu, & maximè ineptum Diony-
35 sio Regi fuisse legitur, cùm patrem Apollinem, juvenem imberbem, filium verò ejus Æsculapium grandem, & promissa barba sculptum contemplaretur. At multò inconcinnius vi-
36 deri poterit, vix è subselliis Gymnasiorũ egressum adolescentem, senum concilio, tanquam Nestorem, præfici, atque Cancellarium & parentem Principis constitui, aliisq; regendis eum dari, cui regendo alius esse deberet. Sed tamen excellentem & præmaturam virtutem, in qua etiam Romani, etsi certa legis
37 sanctione tenerentur, progressum ætatis nõ esse expectandum judicabant, quæ & annorum defectum suppleat, & admiratione sui auctoritatem sustineat, quasi privilegio quodam naturæ donatam, ante justum terminum provehi debere non nega-
38 mus. Nam & Papinianus tum in hoc, tum etiam in altiore prætorii fastigio præclarè stetisse ante mediam ætatem perspicitur, qui cùm justitiæ victima fieret, annum trigesimũ primum nondum complesse scribitur. Similiter Adeldagus, cùm pri-
39 mùm Ottonis I. Cancellarius fieret, genere nobilis, ætate juvenis, & industrius fuisse, à Crantio prædicatur. Nam & generis commendatio, & avitę imagines in eadem dignitate & munere collocatæ, plurimum nonnunquam ponderis atque momenti reliquis ornamentis necessariis afferre solent, de qua re sequen-

Bod. de Rep lib. 3. c. 1. n. 240.

Liv lib. 7. Tull. Phil. 5.

Caß. lib. 1. c. 38.

Crant. d. loc.

sequenti capite pluribus agemus, transitumq; à bono corporis ad fortunæ dona faciemus.

CAP. III.

Quo genere.

IN omni autem dignitatum atq; honorum ambitu primùm 1
sese magnificè efferre ac jactare solet veteris familiæ splendor, & à majoribus accepta hereditariæ administrationis amplitudo. Quæ quidem commendatio locum suum non modò in aliis muneribus, quæ minus studiorum ac eruditionis requirant, verùm etiam in hac provincia literaria invenire facilimè 2
posse videtur. Nam & Anatolium non solùm ob præclaram 3
juris scientiam Imperatori Justiniano gratissimum fuisse legimus, sed etiam eò gratiorem ac admirabiliorem, quòd ex tertia stirpe laudabili Jurisconsultus & antecessor haberetur, *de conf t. ff. S.*
quod Cæsar ipse non uno loco perquàm honorificè de eo prædicavit, atque propterea nunc illustrem, nunc magnificentissimum Magistrum appellavit. Est autem per se Cancellarii di- *91. & conc. ff. S. 9.* 4
gnitas atque munus ex eo genere, cujus nobilitas per se maximè illustris existit, longeq; idcirco dignissima ejus administratio, quæ sui similes viros nobilissimos consequatur. Atqui non 5
modò antiquis, verùm singulis ferè posterioris temporis ætatibus, tum nobili & equestri genere, tum illustri Baronum & Comitum, tum Principum etiam altitudine natos, viros longè clarissimos Cancellariorum in numero versatos esse, observatum est. Nam, ut Scriniorum veteres Magistros omittam, qui, 6
cùm proximum gradum ad prætorii præfecturam, ut ante ostensum est, haberent, quæ dignitas ab Imperatoria potestate summa erat, non nisi nobilissimi quiq; homines, tum generis, tum animi celsitate excellentes, adhibebantur: posteriore au- 7
tem

tem Imperio Occidentali, eodem officio, sub Notariorum ap-
8 pellatione, functos periilustres Comites, & nobili loco natos Episcopos, aliosq; præstantes viros legimus, quorum nonnullos, in jam antè explicatis capitibus, nominatim protulimus. Quid verò de Archicancellariis Imperii Germanici plura di-
9 camus? quorum dignitatem cum sublimibus infulis, ac fastigiis Archiepiscoporum, fuisse à majoribus ideò conjunctam diximus, ut eò fulgentiore ac illustriore culmine, quò celsior ipsa esset hujus officii auctoritas, emineret. Eodem quoq; mo-
10 do in aliis regnis hoc munus à summa nobilitate ut plurimùm administratũ esse cognoscitur, ut, quemadmodum Bonfinius scribit, in Ungarorum regno regius etiam sanguis, Ducumq; filii, qui proximi à Rege erant, & regni consequendi spem ha-
11 bebant, multoties à Belæ usque tempore, Cancellarii dignitatem susceperint. Neque hodie in Polonia & Dania, ut jam ante ostensum, aliisq; exteris regnis, ulli alii ordini, quàm Equestri, hominumq; nobilium generi functionis illius aditus patescit.
12 Sed & in Imperio Cancellarium Imperialem, quandoq; è Prin-
13 cipum familia olim fuisse, lectum accepimus. Nam & Cunradi III. Imperatoris cancellis atque consiliis præfuisse Principem Ottonem suprà quoq; docuimus, quem Leopoldi bene-
14 ficentissimi Principis, antecessoris sui Marchionis Austriæ filium illustrem, & maximæ eruditionis virum, Imperator Maximil. I. appellasse legitur. Ex illustri autem Comitum genere
15 plures recenseri poterunt, qui, ut hodie ea dignitas insignitur, Vicecancellarii Imperiales fuerint. Nam, ut vetustiores ævi
16 memoriam prætercam, Henrici IV. Imperatoris in Cancellis Otto Comes de Andechs, magni nominis celebritate enituit. Atqui æ illa familia? ubi gentium ille comitatus? Pervetustus
17 in Bavariâ, ex quo Ruthonis Comitis mentio, antiquâ Caroli Martelli Regis Franciæ tempestate, habetur. Profecti autem

Bonf. d. 2. c. 9. in Prin.

Max. Imp. Lin priv. Ott. Fris. & hist. præfixo.

cx

ex illorum Comitum posteritate Duces Moraniæ, quorum ultimus Otto in arce sua Plassenburgo cùm trucidatus esset, 18
Imp. Friderici II. ætate, partim Episcopis vicinis, Herbipolitano & Bamburgico, partim veteri Burgravio Norico, ditio antiqua cessit. Profecti ex iisdem veteres Tyrolenses Comites, & *Laz. lib. 7. Meg.* 19
Gurtii, quemadmodum illud ex Wiglæi Chronico perspicuè ostenditur. Sed ejusdem Ottonis mentio quoque suprà facta, cùm Pomeranorum Apostolum nominatum esse eum audiverimus. 20
Nominati etiam antea duo Comites de Dache, Reinholdus & Philippus, qui antequam Archiepiscopatus Coloniensis cathedram ascenderent, uterque Friderici Barbarossæ 21
cancellis præfuerunt. Et bellatorem illum Christianum Cancellarium itidem illustri genere Comitem fuisse cognovimus. Non autem prætereundum hoc loco existimamus Cunradum 22
Comitem de Scharffeneck, qui Philippi Imperatoris Cancellarius aulicus extitit, & unà in cubiculo fuisse dicitur, cùm optimus Princeps à sicario Wittelsbachio nefaria cæde interficeretur, eaq; occasione, nactus insignia Imperii in arcem Trinacriam transtulit, ibiq; ea custodivit, traditione Ottoni IV. 23 *Hed. in Chron.*
successori tamdiu recusata, dum ab eodem quoque Cancellarius legeretur. Nec incelebris Henricus Comes in Leiningen, 24
cujus familia etiámnum florentissima, qui Wilhelmi Imperatoris Cancellariam gravissimè gubernavit. Quis verò patrum ætate Henricum juniorem, Burgravium Misniæ, Comitem de Hartenstein, Dominum in Plawe & Gera, ut in Comitiali indice, An. 1559. & aliis legitur, ignorat, qui Bohemiæ regni 25
Cancellariatu inclaruit? Quis itidem ex superiorum annorum memoria Lithuaniæ magni Ducatus summum ornamentum, Nicolaum Radevilium, Principem & Ducem Olicæ, non audivit, qui magnius ejusdem Imperii Cancellarius maxima laude floruit? Sed infinita foret enumeratio, si undiquaque colli- 26 *Henn. in Chr. Liv.*

gere ejus generis numerum inſtituam. Abundè autem ex illis
27 perſpicuum fieri poteſt, dignitatem hanc Cancellarii nulli un-
quam illuſtri generi ac ſanguini indecorem eſſe viſam. Verùm
cùm non ſemper ex nobilitatis ordine reperiri, tum veteri, tum
poſteriore ævo potuerint, qui ea ingenii & eruditionis perfe-
28 ctione forent, ut dignè tanti muneris provinciam obirent; Ro-
manorum etiam inſtitutis cõſentaneum fuit, ut è plebe, quod
ante etiam innũi, ad literariam dignitatem Quæſtores, & Prin-
cipis Candidati accerſerentur, quibus non minùs ſenatus &
29 curiæ fores patebant, quàm reliquis natis ſublimiori loco Cõ-
ſulibus, & Patritiis atq; Senatoribus. Quæ quidem hujus mu-
neris conſtituendi ad eum modum ratio, poſtea quoq; in Scri-
30 niorum magiſtris idoneis legendis obſervata fuit. Nec aliter
ob eaſdem cauſas in Imperatorum ſubſequentium Primice-
31 riis, Notariis, Secretariis, & Cancellariis ordinandis fieri po-
tuit. Ex quo evenire nihil ferè frequentius viſum eſt, quàm, ut,
qui ſine omni familiæ commendatione haberentur, & obſcu-
ro loco nati eſſent, majoribus verò ſuis, cum Tullio noſtro, ve-
ra animi nobilitate, atque virtutis & ſcientiæ lumine præluce-
32 rent, in hujus dignitatis faſtigiis, quàm maximo cum honore &
auctoritate, collocati fuerint. Hinc non modò in minoribus
Cancellis, ſed etiam majoribus Imperii, plebejorum hominum
33 eruditio atque præſtantia ſæpiſſimè quàm honorificentiſſimè
eluxit. Nam & plauſtrariorum & piſtorum, aliorumq; opifi-
cum hominum filii Archicancellariatus dignitatem ſumma
34 cum laude obtinuerunt. Willeſigis verò rotas idcircò Impera-
Bruſ.in Ep.Ger. tor Henricus Claudus, Mœni Eccleſiæ, perpetuo honori & in-
35 ſigni eſſe juſſit? Nec Henricus II. in eadem ſede ex Algavia or-
Cat.Epiſ. Mog. tus parentem piſtorem negavit. Caſparis verò Sliccii parens,
36 qua gente, quo loco, quo nomine fuerit, ne Sylvius quidẽ col-
lega & amicus ejus ſciſſe videtur, niſi quòd cum patre Teuto-
nico

nico in provincia Franconiæ natum scribat. Negat tamen *Fabri. in Misn.*
illud Fabritius, & ad Italiæ urbem, Bassanum, ejus patriam re- *Brusch. in desc. mont. Abn.*
vocat. Contradicit verò eidem Bruschius, Scl iciorum popu-
laris, & ex Egra oppido ortum, ac civè ejus loci natum pluribus 37
probat: At Pantaleon contrà eundem Misnensem fuisse per- *Pant. in Proso.*
hibet, quem sequitur Albinus, & inter viros eruditos suæ pa- *Alb. in Ch. Mis.*
triæ collocat. Non certè minor, quàm de patria Homeri con-
tentio! Illud verò novitatis splendor non rarò efficere solet, ut 38
tanquã solis lumen, omnem majorum memoriam nimia cla-
ritate obruat. Nam & Hildeshemius archiater Marchicus, tam-
etsi Lamperti, Cancellarii amplissimi, patriam Lipsiam nobis
nominarit, parentes tamen ejus, quos honestos fuisse scribit, 39
quo nomine, qua tribu, qua cõditione fuerint, in ea oratione,
quàm de ejus vita & morte diligentissimè elaboravit, non ex-
pressit. Sed in aliis etiam regnis eandem dignitatem plebejæ 40
conditioni non esse occlusam, tum Lanii ille filius in Anglia
Cardinalis, quẽ paulò antè nominavimus, tum alii alibi com-
plures ex infimo loco ad summum hujus honoris culmen pro-
vecti nobis clarissimo argumento esse possunt. Ita verò hodie
tam in Imperiali curia, quàm in Electorum, Ducum, ac Princi- 41
pum, Comitumq; dicasteriis literatorum hominum nomen
& auctoritas efflorescit, quod ex Decretorum Imperialium
annotationibus videre licet, ut Cancellarii dignitas ferè pro-
pria Doctorum & Jurisconsultorum facta esse videatur. Sed
tamen in nonnullis etiam regnis & principatibus hodie dun- 42
taxat equestris generis viris; qui ea literarum peritia sunt, di-
gnitatis hujus accessio quasi hereditaria reservatur. Qua equi-
dem ratione in Dania regni Cancellariam constitutam vidi,
in qua non modò Cancellarius, cunctique ejus assessores, 43
verùm etiam scribæ ac ministri omnes ex equestri genere ha-
bentur. Quod profectò tanta dignitate eò dignius meritò esse

censetur, quò verius illud, quod splendidissimus hodierno-
rum Regum omniũ Phœbus, Jacobus Magnæ Britanniæ Rex,
44 ad filium suum in Dono Regio gravissimè scripsit: Quid illud?
Vt gemma, inquit, *in auro magis lucet: ita virtus in nobilitate*, & ea-
dẽ ratione, omnia, quæ virtuti debẽtur, munera & dignitates.
Quapropter nihil generis sui fulgori convenientiùs suscipere
homines nobiles possent, quàm si veterum tot illustrium vi-
45 rorum exemplo, ad hujus etiam officii & dignitatis admini-
strationem ómnes vitæ, & studiorum suorum rationes con-
verterent, amplissimumq; togatæ virtutis decus cum heredi-
taria nobilitate conjungerent. Nec verò minùs familiæ etiam
nobilissimæ laudabile, & ad posteritatem gloriosum esse vide-
46 bitur, plures auratos equites, aut etiam Episcopos & Prælatos,
quàm Imperatorum, Regum ac Principum Cancellarios bo-
no Reipubl. dedisse. Quid enim? an non nostris temporibus
47 propè incredibilis tum laudis ac gloriæ, tum felicitatis fuisse
prædicatur, cùm ex una eademq; nobili de Weihe domo (cu-
jus antiquitas ex Bremensium optimatum, nobiliumq; equi-
tum veteri statu ad Friderici Barbarossæ militiam, & ad Pale-
stinas expeditiones, teste prisco quodam, quod in parietibus
depictum est, curiæ ejusdem Bremanæ monumento, extendi-
tur) Cancellarii diversorum Ducum & Principum prodierint
uno tempore germani fratres, ejusdemque facultatis tres Do-
48 ctores Jurisconsulti, quorum natu maximus Fridericus supe-
rioribus annis excessit, alter verò Petrus, & tertius Eberartus
de Weihe, olim Adolphi Ducis Holsatiæ Cancellarius, pòst E-
lectoralis Saxoniæ, & deinde illustrissimi nostri Principis Has-
siæ primarius Consiliarius, & eo nomine in posterioribus Ru-
dolphi Imp. conventibus aliquoties scriptus, qui cum fratre
Petro etiamnum superstes (diutissimè sint uterque precor) &
perillustris Holsatiæ & Schaumburgi Comitis Ernesti, magna
cele-

celebritate Cancellarius, de Rep. literaria quàm optimè quoti- 49
die variis ingenii nobilissimi monumentis in lucem editis, me-
reri studet. Fridericus autem de Weihe, cujus nomen inter co-
mitiorum subsignationes Spirę factas, Anno 1570. annotatum, 50
Wilhelmi Ducis Brunswicensis & Luneburg. Cancellis Cel-
lensibus multos per annos egregiè præfuit. Præest etiámnũ fe-
liciter Petrus de Weihe, principali Cancellarię Halberstadensi, 51
cui Eberartus non ita pridem, cùm hæc lucubrarem, doctissi-
mum discursum de speculi origine, usu & abusu frater Can-
cellarius, Cancellario fratri (pulcherrimum visu monumen-
tum) dedicavit. Rarissimum certè singularis virtutis, frater-
næq; eruditionis ac felicitatis exemplum, & multò magis an-
nalium annotatione, perpetuiq; temporis prædicatione di- 52
gnum, quàm quod Justiniani imperantis fortunæ & ætatis fe- *Giph. in or. de Iust. Imp.*
licitati inter alia gloriosè ascriptum legatur, tres ex una domo
iisdemq; parentibus natos germanos literis pariter atque arti-
bus liberalibus, diversa tamẽ in disciplina & facultate inclaruis-
se. Quod quidem hæc Academia atque civitas aliquoties & 53
nunc & olim, in clarissimorum virorum progenie fieri, honori-
ficentissimè vidit, ut unius è patris domo tres vel diversæ, vel
etiam ejusdem disciplinæ atq; studii fratres fuerint simul pro-
gressi. Sed & præterea duo alii in nobili ista familia horũ trium 54
germani erant, qui literis quàm optimè studuerunt, quorum
alter quidem Cunradus nomine, in amplexu Musarum, & in
ipso ætatis flore, cùm decimum octavum annum ingressus es-
set, maximo cum desiderio præclarissimæ indolis ac summæ
spei, immatura morte extinctus: alter Johannes, cùm politicæ
scientiæ, togatisq; artibus militarem experientiam adjunxis- 55
set, supremæ præfecturę munere in arce Hojensi, apud illustris-
simos Duces Brunswicenses & Luneburgenses, quorum inti-
mus Consiliarius habebatur, insigniter perfunctus est. O artes

verè nobiles! officiisq; tantis dignissimæ! Erat autẽ superiori-
56 bus patrum ætatibus, cùm genere antiquo nobiles viri certa-
rent, non tam de aureis cingulis & calcaribus, quàm de laureis
atq; infulis optimorum studiorum & disciplinarum assumen-
dis, nullibi ferè non Cancellarii nomen cum equitis nobilis, &
Magistri & Doctoris titulo conjunctum, quemadmodum &
antè pluribus exemplis docui, & ferè infinita commemoratio-
ne comprobari posset. Nunc autem cùm pristinus ille nobili-
57 tatis ardor erga literas maximoperè refrixisse videatur, ut plu-
Chyt. Chr. Sax. lib. 27. rimum accidere animadvertimus, quod Johannẽ Lucanum,
Megalopyrgicum Cancellarium, dicere solitum esse, Rhodo-
politanus concionator tradidit. Quid verò illud? Se atq; sui si-
miles, ajebat, divina ingenii ac eruditionis ope ex imo loco ad
summum dignitatis gradum sublatos, & è plebejo statu ad no-
Sim. Pa. in expl. Cant. virgi. bilissimam Cancellarii dignitatẽ evectos, accubare cum Prin-
cipibus, circumstante & ministrante mensis equitum torqua-
58 torum corona, qui, etsi antiquas majorum imagines ferant, si-
bi tamen infima conditione, & pauperibus parentibus nato,
inservire, & scyphum porrigere jubeantur, idq; multos qui-
dem invito animo facere, sed Deum hujus auctorem ordinis
59 esse, qui illud ita fieri velit, cui nemo resistere possit. Prudens
Cancellarii oratio! Nam ea hoc tempore unica ferè & sola li-
terarum virtutumq; præstantiæ residua esse videtur dignissi-
mi honoris spes atque exspectatio, qua eruditione ac pruden-
60 tia rerum civilium homines emergere, atque ad supremum
togatæ administrationis clavum pervenire possint. Quod qui-
dem olim, ut antè illud adduximus, felicissimum Reipubl. fore
sapientissimus Plato rectissimè judicavit, ut si ipsi Reges &
Principes minùs propriis prudentiæ & consilii donis instructi
61 forent, habeant tamen regundæ molis adjutores, viros disci-
plinis ac artibus omnibus præpollentes. Hoc itaque dignitatis
fasti-

fastigium, literarum alis, ad decus conservandum, & alendum earum amorem, divinitùs relictum esse videtur, quod certè 68
longè amplissimum, utpote cujus instrumento & calamo, tanquam divino aliquo remo, omnium Imperiorum gubernatio toto ferè terrarum orbe regatur. Quemadmodum igitur, Pla- 69
tone docente, in optimo nauclero eligendo, non quærimus quo genere, aut quibus à majoribus quisque profectus sit, sed quàm expertus maris atque tempestatum, artisq; nauticæ peritus habeatur. Ita etiam ad hoc munus constituendum, & ge- 70
nus, & proavi, & quæ non fecimus ipsi, ut Poëticus ille Ulysses canit, parum adminiculi afferunt, nisi, quæ superioribus capitibus recensita sunt, maximè necessaria animi dona & beneficia, quæ cœlesti largitate, nulla habita familię ac sanguinis prętogativa, tam humilioris loci, quàm altioris fortunæ mortalibus impertiuntur, in promptu habeantur. Oportet enim, uti *Sylv. de dict. & fact. Alph.*
Johannes Varadiensis Episcopus, Hungariæ Cancellarius, suasisse crebro sermone legitur, ad hanc provinciā homines pro- 71
batos potiùs, quàm probandos cooptare. Ex qua quidem regula hoc nobis relinquitur, ut, quemadmodum paulò antè juniorem ætatē, quòd probata & confirmata nondum esse posstit, ad maturiores annos rejecimus: Ita etiam hoc loco, rudes 72
ceræ ac imagines, cum omnibus clypeis, & insignibus vetustis, sese præferre eruditioni & virtuti minimè valeant. In illis enim muneribus, *quæ necessariò scientiam requirunt, generis nobilitas ejus* 73
defectum supplere nequaquam potest, uti Baldus, & Jurisperitorum tota schola censet. Nec verò nobilissima dignitas aliqua sorde propterea afficitur, quòd homines plebejæ sortis, virtute & industria, sua ex humili loco, uti de Henrico Bergmejero Ham- 74 *Chyt. in Metro.*
burgensi, Cancellario quondam Magni Ducis Saxon. Laoburgensis, his verbis prædicatum est, tam ad hujus muneris, quàm ad aliorum officiorum honores extollantur. Quid enim? an non

75 non omnium sanioris mentis mortalium judicio, doctrinarum
& artium scientia nobilitatem in sese continere verissimam
76 censetur? Quod etiam Imperatores, à quibus omnis civilis
l. provid. 7. C. de post. Dd. ibi. Tiraq. de nobil. c. 5.
nobilitatis fons emanare dicitur, suâ auctoritate & legum san-
ctione confirmarunt, cùm *scientia fieri viros nobilissimos* Gratia-
nus ipse rescripserit. Ulpianum autem Jurisconsultum, ideò
77 *& nobilem, & nobilissimum*, Cæsareæ leges nõ uno loco appella-
l. 2. §. ult. ff. de excus. tut. l. 4. in fin. ff. eod.
verunt, quòd, ut communis Doctorum interpretatio exponit,
eruditionis atque prudentiæ lumine, instar Solis, eluxerit. At-
78 que hæc est ratio, cur Cassiodorus scripserit, *doctrinam non mo-*
Cass. li. 9 Ep. 7. Sal. ad dd. prov. 7.
do generosum hominem exornare, sed etiam ex obscuro nobilem redde-
re. Siquidem, ut Salicetus testatur, *scientiæ propria filia nobilitas*
79 *habetur* Inprimis autem Jurisprudentia, cujus sacerdotes late-
l. 4. C. de prap. & ibi Dd. l. omnium 19. C. de test. Spart. in Iul.
ri Principis, quod per se comitatum suum nobilitate illustrat,
adhærerent, sui cultores non efficere dicitur non nobilissimos,
unde Spartianus Didium Julianum, etsi secundùm Consul, &
Prætorio præfectus foret, ex eo tamen testatur magis nobi-
80 lem factum fuisse, quòd Jurisconsultus fuerit. Quapropter
Jas. in l. more 5. ff. de jur. om. jud.
Jasonem, Jurisconsultum summi judicii, gravissimè scripsisse
legimus, Baronis, vel etiam Comitis, filio majori honori atque
81 dignitati esse, si dignissimo summa eruditione ac prudentia,
82 nomine, Doctor, quàm si Dominus appelletur. Crescit pro-
pterea longè etiam magis, non verò decrescit, literaria Cancel-
larii dignitas, per literarum & doctrinæ claritudinem. Quam,
cùm majore difficultate & labore homo novus & ignobilis as-
sequutus sit, quàm alius divitiis, & familiæ splendore, atq; ami-
83 corum & propinquorum ope affluentior, magis etiam idcircò
Tac. lib. 1. An. Man. ibid.
laudandus, & efferendus esse judicatur. Sed & cunctis Princi-
pibus Principum princeps Augustus, in Agrippa suo, quem,
84 etsi ignobilis loco esset, attamen quòd summa virtute polleret,
ad maximos honores extulit, exemplum dedit, virtutis sine ge-
neris

neris respectu provehendæ. Quæ cùm ita sint, perquàm pro-
fectò ridiculi, atque sui ipsorum obliti esse videntur, qui, post-
quam animi præstantioris nisu, ad hanc vel aliam dignitatem
non minorem, ex avita & paterna obscuritate in lucem sese al-
tiùs erexerint, non contenti hoc maximo literarum fulgore, 85
militarem etiam nobilitatem ambitiosissimè venentur, eamq;
prece & precio quovis consectentur, studiis quoq; & discipli-
nis, à quibus omne decus in se collatum habent, eâ injuriâ affe-
ctis, ut non amplius audire velint literati & Doctores, sed ad
equestres cœtus, & subsellia nobiliũ, cum toto lare suo, com- 86
migrare instituant. Digna profectò singulari congratulatione
& applausu ejusmodi μεταγένεια! Quemadmodum Sigismun-
dus Imperator longè optimus & prudentissimus, Doctoris 87
Georgii Fiscelli, Vicecancellarii sui, quem itidem militię eque-
stris insigni condecoratum dederat, festivè excepisse hac me-
morabili sententiâ & acclamatione dicitur. Cùm enim ille ani- 88
mi valdè anceps, post recens acceptæ dignitatis ornamenta es-
set, utrum sese potiùs equitum parti, an, ut semper antea, do-
ctorum virorum cœtui, cùm separatim concilia sua utraque *Apopht. Imp.*
pars instituissent, aggregaret, tandemq; novæ nobilitatis gra- *Tom. 2. Germ. Rer. Freh.*
vitate inclinatus, ad calcaria & ocreas aureas, toga & pallio re-
licto, deflexisset: Cæsar, *stultè*, inquit, *agis, qui literis militiam præ-* 89
*fers: nam ego milites mille uno die creaverim, Doctorem verò ne mille
quidem annis unum fecerim*. At nos nostrum Morvillerium, cum
Fiscello isto, similiter ineptire nolumus. Nam non rarò huic 90
generi obvenire solet, quod vespertilionibus, qui cùm neque
aves, neque mures sint, à neutro genere propterea agnóscun-
tur. Ad eundem modum cùm illi literatorum nomen & socie-
tatem exuant, & ad equites sese conferant, nullibi ferè stabile
stabulum, ut Comicus loquitur, invenire solent. Ulricum
Schellenbergium, Maximiliani I. ætate nobilem, & utriusque

91 Juris Doctorem præstantem fuisse accepimus, ejusq; Consiliarium, neque minùs Marte, quàm arte eximium, Cæsareæq; majestati idcirco maximè acceptum. In quo tamen illud Imperatori displicuisse scribitur, quòd, postquam aurei Equitis indumento & honore, virtutis & fortitudinis singularis gratiâ, quam in expugnatione Vicentina præstiterat, exornatus esset, indignissimè ferre postea solitus fuerit, si Doctoris appellatione, & non potiùs Equitis titulo salutaretur. Quod simili

Sp.p.2. Sp. Nob. lib.11.c.17.

92 modo, nostra ætate, accepimus illibenter nobilissimi Jurisconsulti & Cancellarii cujusdam uxorem audisse, cùm vel Doctorem, vel etiam Cancellarium Dominum suum vulgò appellarent; quod contrà tamen ille, qui ex Helvetica veteri nobilitate, quæ cum aliis familiis antiquis, post Leopoldi Austriaci cladem ejecta fuit, stirpem suam deducebat, gratissimo animo amplexus, prudenterq; dicere solitus esse fertur: *Nobilem equitem à Doctore & Cancellario esse servatũ, & quasi postliminiò reductũ.*

93

Mei.in Carm. Paneg.

94 Ac certè indigni esse videntur literarum ope & opibus, qui earum nomine & dignitate, à quibus promoti sunt, se ipsi dedignantur. Atqui illud vicissim multoties fieri visum est, ut postea hominum istorum liberi & posteri, à bonis studiis atque artibus iterum deserti, omnibus etiam facultatibus & possessionibus, studio parentum acquisitis, lapsi, & ad veteris fortunæ conditionem revocati fuerint. Est autem perquàm lubricum

95

96 omnis novitatis principium, valdeq; reverenter fortuna habenda iis, ut canit ille, *qui ab exili loco repentè nobiles & divites progrediantur.* Ruit enim facilimè omnis inchoatæ altitudinis machina, nisi paternis virtutibus nova subsidia & fulcimenta per

97 china, nisi paternis virtutibus nova subsidia & fulcimenta per felices liberûm atque nepotum successiones substernantur. Multò itaque erit consultius novæ virtutis & eruditionis nobilitati tuendæ, studiis atque moribus suis quàm simillimos filios relinquere, ut hi paternæ dignitati succedere, atque cum veteri

veteri illo Anatolio ex secunda, & tertia itidem stirpe, Docto- 98
rum & Cancellariorum posteritas in eadem dignitate confir-
mari possit. Hac enim ratione Pistorum illa familia, ex qua su-
prà Simonem, Cancellarium Electoralem Saxoniæ, nominavi- 99
mus, cùm centum ampliùs annos eruditionis avitæ hereditа-
tem in successione domestica retinuisset, & jam quinque Do-
ctores, in una eademque linea, longè clarissimos produxisset,
tum propter continuatam, in tot præstantissimis luminibus,
animi nobilitatem, tùm propter Cancellarii Simonis maxima 100
in Rempubl. merita, inter equites veteres Misniæ fuit, testante *Alb. in Ch. Mis. c. 25.*
Albino, ultrò suscepta. Nihil autem tam favorabile & gratio- *d. § 9. de conf.*
sum est, quàm optimè meriti parentis virtuti & officio ac di- *ff. & ib. Dd.*
gnitati quàm simillimum filium succedere. Quod quidem in- 101
ter alia rarioris felicitatis genera Lamperto, Marchico Cancel-
lario, etiã contigisse, ut Christianũ Distelmejerum, filium suc- *Ang. in Chr.*
cessorem suæ dignitatis reliquerit, literę in monumento, quod *March.*
honori ejusdem positum, loquuntur. Et modò patria nostra
charissima Hassia, in ejusdem nominis, similimæq; virtutis &
prudentiæ filio, Reinhardum Schefferum, desideratissimum 102
suum Cancellarium, post multorum tamen annorum interca-
pedinem, tribus interea aliis interjectis clarissimis successori-
bus, summa cum gratulatione recepisse videtur. Cumulavit
eadem ratione superioribus annis gloriam paternæ dignitatis
Carolus Barthius, Juris Doctor, & Neomarchiæ Cancellarius, 103
cujus nomen in Ratisbonensis decreti annotatione, an. 1594.
legitur, quòd similiter iisdem studiis & artibus patrem Caspa-
rum Barthium, Juris itidem Doctorem & Cancellarium Jo- 104
hannis Alberti, ac Friderici, Archiepiscoporum Magdebur-
gensium, felicissimo gradu fuerit secutus. Quod quidem suc-
cessionis & imitationis genus eò laudabilius & acceptius, quò
insolentius & ratius, præsertim in hoc munere illud esse vide-

 tur.

105 tur. Quò tamen inprimis omnia omnium parentum vota ire,
omnis educationis atque institutionis cura spectare debebat,
ut sibi quàm simillimos liberos in dignitatibus atq; officiis suis
Plat. 3. de leg. relinquerent, quandoquidem, Platonis testimonio, nullum
106 præclarius simulacrum, nullum monumentum poni illustrius
eo possit. Id quod quidem, divina accedente gratiâ, haud adeò
difficili negotio impetrari possit, si, quod de filiis Johannis Tei-
107 xiræ, Maximi olim Cancellarii in regno Portugalliæ, prædica-
tum legitur, omnes omnium Cancellariorum liberi studiosè
sequerentur. At quid illud? Cùm in Italiam doctrinæ atq; di-
Polit. lib. 10. Epist. ad Ioh. Teix. sciplinæ altioris gratiâ missi à parente essent, his verbis Politia-
nus, de adolescentibus, ad eum scripsit: *Misisti tu quidem illos
in Italiam, vir excellens, ut moribus, ut literis, ut omnibus deniq; inge-*
108 *nuis artibus ad summa fortunæ cultum formarentur. Sed eos domo se-
cum, credo, paternos attulere mores, ut exempla non magis accipiant
ipsi, quàm præbeant cæteris. Nihil in illis ineptum: nihil improbum:
nihil immodestum: nihil durum. Non inverecunda frons: non elatum
supercilium, non liventes oculi, non protervior lingua, non inconstans
vultus, non aliquid postremò, vel in facie tota, vel in gestu, vel in statu,
vel in incessu, quod offendat, quod molestum, quod putidum, quod odio-*
109 *sum sit. Ædes quotidiè sacras frequentant: magistris operam dant, non
assiduam modò, sed & alacrem, doctiores condiscipulos humanitate
sibi & obsequio devinciunt, quos moribus obfore, vel famæ credant, eo-
rum consuetudine penitùs abstinent: Nullum inter ipsos, nisi de studiis,
ac de iis perpetuum certamen, nullibi sæpiùs, aut libentiùs, quàm, aut in
oculis præceptorum, aut in cœtu condiscipulorum versantur. Horas
quoq; tempestivas bonæ valetudini dedicant, eamq; ob id prosperrimâ*
110 *tuentur, ingeniis autem sic excellunt, ut facilè se (ne multa dixerim)
tuos esse liberos declarent. Percipiunt facilè quæ traduntur, retinent
fideliter, imitantur feliciter. Iam de studio quid dixerim? nihil equi-
dem eo ardentius, nihil vidi perseverantius. Tantos ergò jam linguâ
utraq;*

utraq; fecere profectus, ut ipse quoque non imperitissimus ingeniorum magister obstupescam. Quem verò ejus domi custodem, moderatoremq; 111
dedisti, sic eos prudenter, amanter, diligenter curat, excolit, gubernat, instituit, ut omninò desiderari nihil possit. Non fallo equidem te, sed nec ipse rursus fallor: ita esse rem, vel admirans invidia fateretur. Quocirco multùm equidem fortunæ isti tuæ, non minùs animo tamen proposito q; gratulor. Nec enim levis ad te quoq; hinc redundat honos, 112
filios tuos, tot ac tales, imbecilla adhuc ætate, abesse tam procul ab oculis tuis, à laribus, à patria tamq; diu, non quidem fænori multiplicando, neq; mercibus commutandis, ut nostri solent, sed ut optimis institutis, optimis artibus, ac disciplinis imbuti, viaticum sibi ad senectutem quærant. Hæc ille de modò dicti Cancellarii liberis: ad quorum ex- 113
emplum, si omnes similiter instituerētur, seges & seminarium hominum, quàm maximè idoneorum huic officio gravissimo optimè obeundo, nunquam non ex ipsorum Cancellariorum 114
domo suppeteret. Quorum ratio propterea, quòd quasi in hereditariis Cancellis fuerint nati, & educati, non immeritò longè major, quàm aliorū quorumvis, in hujus muneris delectu 115
foret habenda. Quod autem vulgò nonnulli censeant homines plebejos, & obscuriore loco natos, tametsi tum corporis, tum animi dotibus, plurimùm fortè aliis antecellant, tamen *Laut. in prin. Christ.*
propterea non esse iis, qui nobiliore stirpe editi sint, in honorum civilium ambitu præferendos, quòd ex eo odia & simul- 116
tates, atq; offensiones aulicorum procerum utplurimùm provenire soleant, illud profectò longè minoris argumenti est, quàm ut Principem celsissimo animo, vereq; Principem commovere debeat. Notum siquidem ea de re Sigismundi Impera- 117
toris verbum, imò oraculum est, qui cùm humili quidem genere, doctrinâ verò atque virtute præstantes viros, nullo non loco ineruditis hominibus præferret, obmurmurantibus iis, qui præter fumosas, ut Tullius ait, imagines nihil, quod profer- *Cic. in Pis.*

re in medium poſſent, habebant. *Quid*, inquit, *an non æquum*
118 *eſſe cenſetis, à me honorari eos, aliisq́ anteferri, quos Deus ipſe & natura multitudini prætulit, ſuisq́ donis quàm maximè præ vulgo mortalium nobilitavit?* Præclarum dictu, atque imitatu exemplum, omnibusq; aulicæ invidiæ nubibus, tanquam Solis lumen, opponendum! Contrà verò illaudabile, & maximè fugiendum
119 eſt Heliogabali inſtitutum, qui, ut in ejus Vita legitur, verè humiles, atque adeò abjectiſſimos homines, qui infames, ſtuprisque & nullis non flagitiis cooperti erant, turpes præterea ſpa-
Vita Heliog. dones & eunuchos ſuos, Cancellarios creabat, qui, quòd etiam multò turpius, fœdiſſimos Zotecos, nulla alia, neque corporis,
120 nedum animi commendatione ulla inſignes, quàm quod majoris peculii, & obſcœniſſimi membri eſſent, veterumq; hor-
Xiph. in ead. torum viſu turpiſſimum cuſtodem, magnitudine vaſis ſuperarent, funalibus prælucentibus, tanquam Deos ſuos, in aulam,
121 ſummorumq; honorum faſtigia ſuſcipiebat. Sed quid ejuſmodi veteris Imperii inquinamenta proferimus? Nos caput hoc antiquæ legis ſenatoriæ auctoritate obſignabimus, & curiæ
122 foribus inſcribemus: *Probrum in Cancellis ne ferunto.* Cùm autem plurima vitia, ipsâ quodammodo gentis & nationis indole, Firmico teſte, ita inſerantur, ut etiam quàm difficilimè elui
123 diſciplinæ, & optimæ inſtitutionis cultura poſſe videantur, ea-
l.31.ff.de adil. ed.§.21. que re in antiquis mancipiorum nundinis conſtitutum fuiſſe legatur, ut eorum, qui venum exponerentur, nationes nominarentur, quòd ipſa patria alios quidem meliores, alios verò nequiores argueret, uti Ulpianus teſtatum reliquit, reliquum nobis erit, ut etiam patriam & nationem Cancellarii noſtri intueamur.

CAP.

CAP. IV.

Qua Patria?

PRimùm itaq; hoc loco ex nostro quærimus, unde domo? peregrinúsne & advena, an verò civis atque incola? Quid ita? Numquid tibi ignotum verbum illud Nervæ Imperatoris 1
optimi longè optimū? τὴν μὲν ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα τινὸς ἐξετάζειν δεῖ. *Virtutem*, inquit, *oportet non patriam, non gentem & nationem ejus, quem designatum velis, inquirere.* Novimus, nec improbamus vocem, tanto Cæsare dignissimam, qui etiā novo exemplo princeps successorem sibi in Imperio alienigenam constituisse le- *Xiph. in Nerv.*
gitur. Verùm etiam ii, qui Regem ac Principem suum ex peregrinis populis accersere solent, nō modò Cancellariū omnem 2
peregrinum, sed etiam Consiliarium à regni sui negotiis pertractandis quàm longissimè arcent. Notissimæ autem ea de re 3
sanctiones Polonorum habentur, qui post mortem Sigismundi Augusti Regis sui, facto gravissimo Senatusconsulto, omnibus civibus ad Imperii gubernationem aditum præcluserunt, 4
testante Bodino, qui sese illud accepisse à legatis eorum perhibet: iidem tamen peregrinorum neminem ad Senatum, & *Bod. lib. 6. de Rep. c. 5.*
consultationem, nedum ad Cancellorum administrationem, admittunt. Nec verò Gallicum Imperium olim in Sicilia sublatum foret, nisi peregrinus Rex peregrinum etiam Cancellarium regno præfecisset. Ille enim istius Vesperæ Siculæ, quā exceptis Lutetianis istis nuptiis, quæ nostra memoria acciderunt, vix quicquam truculentius Vesper & Oriens conspexit, causa fuisse, ille cruentissimam istam Gallorum lanienam suscitasse memoratur. Solent enim, Hispanorum politico referente, in furorem agi populi, si tum Cancellarii, tum Consiliarii munera exteræ gentis hominibus committi videant, ex quo se de- 5 *Idem lib. 3. c. 1. Crom. Pol. li. 2.* 6 7 *Antim. lib. 2. th. 2.* 8 *Cer. de conf. c. de el. Conf.*

ſe deſpicatui haberi & contemni, aut pro ſervis & mancipiis
9 putari, atq; indignos regni ſui dignitatibus, ac honoribus exi-
ſtimari ſuſpicantur, omnium verò ægerrimè ferunt, plus fidei
aliis exteris, quàm civibus & indigenis ab eo haberi, cui vitam
10 ac ſalutem ſuam omnem ipſi crediderint. Repulſi propterea
ſolioq; ejecti non modò ii, qui ab exteris oris fuerant petiti, ve-
11 rùm etiam in domeſtica purpura, regniq; cunabulis nati Re-
12 ges quàm plurimi. Nam & patrum noſtrorum memoriâ, Eri-
Bod.de Rep.lib. 2 c.1. cus, Sueciæ Rex, è palatio ſuo ac ſede regia in carcerem à nobi-
litate regni conjectus fuit, in quo multos per annos conſenuit,
quòd inter alia ei objiceretur peregrinus, & quidē homo Ger-
manus, quem Cancellarium, de quo ſuprà auditum eſt, regium
13 conſtituerat. Ut autem maximè ea pericula, atque turbæ non
Lipſ.civ.doct. lib.3.c.4. extimeſcendæ ſint, quæ tamen, Politicorum obſervatione,
quàm plurimùm ex eo provenire ſolent, graviſſimæ tamen ra-
tiones ac argumenta adduci poſſunt, quibus Principes ipſi ab
14 externis ingeniis, quæ non aliter ac herbæ Indicæ, pluris ple-
runque æſtimari vulgò ſolent, quàm quæ domi noſtræ nata di-
cuntur, in conſtituendo Cancellarii & Conſiliarii officio, ad ſuę
Cic.3.de Or. nationis homines revocari queant. Si enim, ut Cicero rectiſſi-
mè docet, conſilii de Republ. dandi ſummum caput eſt, Rem-
15 publ. noſſe, eamq; exploratiſſimam habere, an non, ejus boni
gratiâ civis & internus, peregrino & advenæ cuicunq; , erit
præferendus? Illum enim ipſe quaſi loci patrii genius, ac natu-
16 ra, ab ipſis incunabulis, ea videtur domi ſuę edocuiſſe, quorum
cognitionem ne quidem diligentiſſima exterorum inquiſitio,
& percunctatio conſequi unquam ſatis poterit. Comperimus
ſiquidem quotidiè, quàm ineptè & imprudenter falſoq; mul-
17 ta, vel de Republ. Germaniæ noſtræ, ab exteris, & quidem iſtis
auctoribus ſcribantur, qui omnem Imperii ſtatum ejusq; ra-
tiones funditus hauſiſſe videri volunt. Quàm multa ipſe Syl-
vius,

vius, etsi maximam ætatis partem in Germania, & in Imperiali curia confecerat, in rebus & moribus nostris describendis erravit? Ac ut maximè omnem omniũ rerum peritiam externo 18
dederis, vix dabis dexteritatem, & applicationis felicitatem. Quemadmodum enim vitium, & arborum plurimarum fructus, quocunque terrarum deferantur, semper sui soli succum sapiunt: Ita in omnibus actionibus, in consiliis, in deliberatio- 19
nibus, ad rationes ingenii, morumq; eorũ, quos domo attulit, indoles hominũ vernacula propendere consuevit, & uti solstitialis herba ad solis obsequium, ita ad gentis suæ naturam respectare, eiq; omnes leges, scita, instituta, mores & consuetudines accommodare. At nulla ferè alia re majora indigenarum odia ac simultates accendi videntur, quàm, si quis aliunde profectus, emendare & corrigere ipsorum ritus moresque, & ad 20
gentis suæ instituta convertere, quod pervertere putant, aggrediatur. Fraudi illud & exitio fuit Philippo Callimacho, homini Italo longè doctissimo, qui cùm è Tuscia in Poloniam ad Regem confugisset, liberalissimè exceptus, omniumq; consiliorum auctor & moderator constitutus, cepit de ea forma Imperii cum Johanne Alberto Rege deliberare, quam Italiæ Principes in civitates suas obtinuerant, ut videlicet Polonicæ nobilitatis licentiæ fibula aliqua imponeretur, effusæq; potentiæ freni nonnulli injicerentur. Quid fit? Inflammato equestris 22
ordinis impetu, bonus Consiliarius ex aula ejectus, in Lithuaniæ tesquis, extremo mœrore contabuit. Suntq; præterea suopte ingenio ac natura cuncta peregrina consilia adeò infesta, ut etiam vulgi sermone infelicia atque infausta plerunque esse 23
prædicentur. Quocirca inter capita prima juramenti, quo gubernatores, antequam diademate cingantur, astringi & devin- 24
ciri consueverunt, hic etiam articulus proponi solet, ut Imperii ac Principatus consiliis, ac senatui, soli indigenæ, procul

Iov. in eleg. doct. vir. c. 31.
21
Chyt. Sax. li. 6.

 omni-

Chyt. Sa. li. 30. omnibus exteris habitis adhibeantur. Quemadmodum Sigismundus, Poloniæ Rex, superioribus annis, cùm hereditarium Sueciæ suæ regnum adire vellet, præeunte Cancellario Suecico,
25 Erico Sparre, flexis poplitibus, in delubro Upsaliensi, sese religione jurisjurandi ad hoc firmissimè obligasse legitur. Danorum verò moribus limen Cancellariæ, quæ regni est, tam
26 arcto pessulo omnibus exteris ac advenis obseratum tenetur, ut etiam infimi scribæ ministerium nulli alii, quàm ex equestri regni ordine indigenæ pateat. Idem verò repagulum hominibus peregrinis, in Gallia, veteri scito, objectū fuisse, ex hi-
27 storia tumultus Ambosiani notissimum est. Persuasissimum enim omnibus nationibus est, quod natura ipsa magistra præcipere videtur, eum affectum, eam fidem atque amorem in externis erga commune bonum nunquam esse, qui in civibus ac
28 indigenis perspiciatur, quorum caritates omnes complexas una patria continet, pro qua non modò opes ac facultates, sed etiam sanguinem ac vitam suam profundere civis bonus minimè dubitabit. At contrà exteri in aliena Republ. tanquam in peregrino agro, nunquam non cogitare videntur illud co-
29 micum: *Mihi istic neq; seritur, neq; metitur*, atq; idcirco ad compendium suum, vel ad Principis gratiam & arbitrium, omnia consilia & actiones suas conferunt, & gentis, ex qua orti, necessitudines, atq; commoda, si qua possint, semper præferunt. Testis erit gravissimi hujus incommodi Germania nostra, quæ
30 unius Itali hominis, Cancellarii Imperialis, infeliciter suggesto consilio, universum ferè, quod olim in nonnullas Italiæ civitates habebat, jus perdidisse dicitur. Quomodo verò? illū Prin-
31 cipem scribunt & auctorem fuisse Imperatori Rudolfo I. ut
Mut. in v. Rud. Florentinos aliaq; municipia Hetruriç, acceptâ certâ ęris summâ, omni nexu ac potestate, quâ Imperio obligata erant, libe-
32 raret. Sed & ipse Cancellarius idcirco ad populares suos in Italiam

liam profectus, summo studio atque alacritate, in gratiam na-
tionis suæ, negotiũ confecisse dicitur. De qua quidem re sum- *Bart. in l. hostes 24 ff. de capt. & postl.*
morum Jurisconsultorum sententiæ plurimùm postea labora-
runt, eamq; venditionem cum Bartolo, Baldo, Felino, pars ma- 33
xima nullius momenti esse pronunciarunt. Quorum judicio *Bald. in c. intellectu, ext. de jurejur.*
ex recentioribus Jurisconsultis, Zoanettus ipse etiam Italus,
cùm in Germania jura doceret superioribus annis, utpote ve- *Fel in c. audientiam, de præscr.*
rissimo subscripsit. Nec verò, posteriore Friderici III. ætate,
Imperio multùm profuit, Sylvium, hominem itidem Italum, 34
Cæsareis negotiis atque Consiliis secretioribus præfuisse. Qui *Zoan. de Rom. Imp. n. 20.*
quidem si Germaniam nostram, tanquam Phryxi, ut Comicus
loquitur, arietem detondere, omnesq; ejus opes, quasi Colchi- 35
cam prædam, in Italiam suam transferre potuisset, Jasone sibi
pulchrior & beatior visus fuisset. Illud autẽ præterea omnium 36
ferè externorum ingenium esse solet, ut, ubi sunt, quàm mini- 37
mè sint, sed semper animum suum in patriæ desiderio defixum
relinquant. Ex quo evenire videmus, ut, etsi optimis conditio-
nibus, maximisq; stipendiis, tanquam vinculis escariis, ut ea
Plautus nominat, alligentur, nusquam tamen ferè stabili sede 38
permanere queant, sed cum Democede illo Darii Regis medi-
co, uti apud Herodotum legitur, omnes extra patriam felicita-
tes, pro aureis compedibus habeant, & hirundinũ more avo-
lent, aut allecti opimiore fortunâ, locum cum loco, facillima
quavis occasione, commutent. Quid verò mirum est eam vim 39
patriæ, communis parentis, esse, ut etiam nolentes, volentes,
vehemente quodam affectu ad se abripiat, atque etiam trans-
versos animos agat, cùm neque opes ac facultates, quæ foris si-
tæ sunt, domi facilè sinant sui possessorem, in fide ac officio de-
bito conquiescere. Nam, ne longiùs exempla petamus, Guil- 40
helmum Hugenotum, summæ auctoritatis Cancellariũ, apud
Carolum Burgundiç Ducem, ex Cominęo nostro habes. Quid *Com. lib. 8. com.*

 ille?

41 ille? Cum Imbercotto, ejusdem Principatus Consiliario, quo se neminem ex nobilitate vidisse, ait auctor noster, vel prudentiorem, vel maximis rebus magis idoneum, domo & familia veteris heri relicta, deflectit ad Galliæ Regem, suamq; operam eidem pollicetur, quòd uterque facultates haberent, in regni
42 finibus sitas. Malè verò fit fundis & prædiis, quæ animum bonum suis possessoribus ipsa prædantur. Sed tamen ex eo perspicis, neque consultum esse hominem eum, in consilio, & se-
43 natu, nedum in Cancellariatu tuo esse, cujus animus clavo cupidinis apud alios, propter opes & villas, quas habet foris positas (viles verè & abjectos homines!) affixus habeatur. Nihil autem rebus communibus incommodius, ac inopportunius accidere potest, quàm si subitò ab officiis & muneribus recedant ii, quorum tum opera maximè opus est, neq; quicquam
44 Reip. gravius, quàm singulis mensibus alium atq; alium Cancellarium, & Consiliarium constitui. At eò procliviores ad migrationem peregrinos habebis, quò plures etiam hodie sunt,
45 qui scribant, non è re viri politici esse, unius aulæ ministerio diutius inhærere, sed multorum Principum officia esse periclitanda. Quemadmodum similiter Alciatum scripsisse & suasis-
46 se legimus, præclari Doctoris atq; Professoris esse, non uni A-
Alc. in or. Ferr. cademiæ sese mancipare, sed instar Triptolemi, per universum orbem volitantis, variis in Gymnasiis docendo, optimarum disciplinarum fruges disseminare. Quo quidem animo Peripatetico & ambulatorio, cùm Illustriss. Princeps Wilhelmus,
47 Hassiæ Landgravius, qui Sapiens meritò usurpatur, peregrinos & advenas plerunque præditos esse animadvertisset, ad Academiæ hujus Professores literis clementissimè scriptis, quæ in archivis Universitatis continentur, non sine gravissimis rationibus præcipisse legitur, ut in functionibus publicis, muneribusque Professoriis constituendis, prima & maxima ratio civium

vium

vium & indigenarum haberetur, quorum & voluntas in patria studiis excolenda, & sedes stabilior, quàm aliunde accersitorum sit futura. Quandoquidem, ut idem ibidem scripsit, *compertum habeat provinciæ suæ Hassiæ ingenium ac indolem nullis non disciplinis, atq; artibus feliciter capiendis esse, si modò rectè instituendæ juventuti ea, quæ requiratur, navitas atq; diligentia adhibeatur.* Hæc verò, uti scripta prudentissimè ad eum modum sunt, ita sese habere, vel hoc insigni documento esse potest, quòd ab hominum hucusq; memoria, amplissimum tum Cancellarii, tum Vicecancellarii officium in hac perillustri provincia à nullis unquam, quod sciam, advenis & peregrinis, sed à civibus & domesticis atque internis, qui sub Hassiæ Principum jurisdictione & patrocinio nati & educati fuerunt, feliciter administratum fuisse cognoscamus. Meritò quidem prædicatur fœcundissimæ ejus regionis felicitas, quæ, ut de veteri sua Italia prædicavit Plinius, omnibus illis rebus, quæ vitæ traducendæ necessariæ sunt, pane, vino, olea, vellere, lino, non aliunde petitis, sed propriæ telluris ubertate natis, affluit. At longè beatior ea ora putanda, quæ, quod divinissimum est, optimi consilii, rationis, & ingenii opes, ex se & in sua gente sitas habet, cui propterea non necesse, ut olim Carthagini, quæ sibi ducem peritum è Spartanorum Gymnasiis, multa prece & precio, rogare cogebatur, aliunde oculos & mentes suas, Cancellarios puta & Consiliarios, mutuare. Quâ quidem gloriâ sese plurimùm veteres Romani efferebant, qui neminem non modò peregrinorum, sed ne sociorum quidem, in curiam suam recipiebant, bellumq; propterea, quàm pacem eam malebant, in qua peregrinum senatum, peregrinos consules cernent visuri. Qua sanè ratione non minùs patriæ nostræ gloriosum est, ex se habuisse Ficinos suos, habuisse Schefferos, habuisse Heinzebergos, Canisios, Antrechtos, habuisse suos Clotzios. Quàm commoda

48 49 50 *Plin. lib. ult. c. ult.* 51 *Appian. lib. 1.* 52 *Liv. lib. 23.* 53 54

verò Principibus, quàm grata illa civium suorum administra-
55 tio in hoc munere fuerit, vel ex eo perspicuum esse poterit, quòd nemo unquam in hac provincia auditus per ullam majorem aliquā offensam, dignitate & officio suo excidisse, multò minùs, ut alibi sæpiùs peregrinis accidisse constat, in pœnam graviorem, & indignationē incurrisse. Quemadmodum igitur peritissimus herbarum Carrichterus, Ferdinandi Imperatoris archiater, sæpissimè dixisse fertur, *herbas eas valetudini hominū esse accommodatissimas, quæ in propriis cujusq; agris nascan-*
56 *tur*, idq; eodem sensu ad Christianum I. Saxoniæ Ducem, scripsisse legitur Joachimus Camerarius, qui fuit ἰατὴρ ἐπιχωριώτατος, ut Pindari verbum est; γὰρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, ut vatum prin-
57 ceps loquitur. Nec aliter docent Italorum præstantissimi Machaones: Ita etiam consultissimum Reipubl. esse perhibent, magno consensu, viri prudentes, bobus quemque suis, ut proverbium est, arare, hisq; & similibus muneribus ac officiis, quę
58 non modò prudentiæ & consilii auctoritatisq; raritatem, verùm etiam fidei ac constantiæ stabilitatem quàm maximè, & ante omnia desiderant, patriæ amantissimos cives adhibere. Certissimum enim signum labentis Reipubl. esse rerum civilium doctores clamitant, si cui sustinendæ atque fulciendæ
59 homines peregrini accersantur, non aliter, quàm si vespillones & Libitinarii alienā domum ingrediantur, qui nihil aliud agere, quàm funeri efferendo sandapilam afferre judicantur.
60 At illud in hac administrationis parte, eò graviore cum periculo conjunctum esse videtur, quò validiùs sacra publicæ navis anchora in hoc amplissimo munere defixa habetur. Verùm
61 etsi ista ad eum modum gravissimè disputentur, neminem tamen tam durum & invidum fore arbitror, qui omnes undiq; Cancellorum aliorumq; honorū fores, ita peregrinis atq; advenis occludendas esse censeat, ut nullo unquam tempore quis-

Cam. in epist. Herb. ad Christ. El. Duc. Sax.

Pind. Pyth. Od. 3. Hom. Il. 11. Fioravant. in tract. med.

Lips. in not. ad c. 4. lib. 3. polit.

quisquam eorum admittatur. Quid enim? An non Romani 62
veteres, qui omnibus gentibus prudentiæ civilis facem prætu- *l. 2. ff. de orig.*
lerunt, Hermodorum Ephesium, etiam exulantem in Italia, *jur. §. 4.*
principem consilii, legumq; ferundarum auctorem assumpsisse
leguntur? Quid verò magnus ille Persarum Imperator? An
non hostium etiam suorum Principem patriâ ejectum Themi- 63
stoclem, secretiorum suarum rerum gubernationi præfecit?
Cui quidem tanti viri adventus, tanquam Dei alicujus & cœ-
lestis Suadæ filii, tam acceptus fuisse cognoscitur, ut præ lætitia *Plut. in Them.*
sæpiùs exclamarit, *Themistoclem, Themistoclem, habeo*. Intellexit 64
videlicet ille id, quod Plutarchus scriptum reliquit, omnes ni-
mirum artes ac disciplinas, necessariamq; Regnis & Imperiis 65
gubernandis prudentiam, ab exteris per mare allatam appulis-
se. Quo quidem fine, Dionysius Siciliæ tyrannus, etiam Plato-
nem, sapientiæ omnis magistrum, in provinciam suam è media 66
Græcia accersisse, vittataq; nave, teste Plinio, excepisse prædi- *Plin. lib. 7. c. 30.*
catur, ut ad meliorem ordinem regni rationes revocaret. At
nos, credo, ne talento quidem, si possimus, Thaletem aliquem, 67
ut in socco Plautino ille loquitur, ideò ememus, quòd pere-
grinus ille existat. Atqui à peregrinis multorum regnorum, &
principatuum status è veteri ruditate atque barbarie sua in ci-
vilem cultum conversus esse legitur. Quod etiam patrum no- 68
strorum memoriâ Johannes Basilides, Moscorum Dux, perspe-
xisse videtur, cùm à Carolo Imperatore vehementissimè con- *Henn. in Chr. L. v.*
tenderet, ut non modò omnis generis artifices, sed etiam libe- 69
ralium disciplinarum Magistros, atq; Doctores, ad constituen-
dam Imperii sui civiliorem rationem, è Germania adipisci pos-
set. Nec sanè veteres Imperatores tam felices præclarissimo-
rum ingeniorum fuissent, nisi etiam peregrinos, & extra Ita- 70
liam natos homines, Romanii Imperii consiliis regendis ad-
hibuissent. Quid enim Ulpianus noster, quem supra Cancel- 71
larium

l.1.ff.de Conf. larium Imperialem audistis, an non è Phœnicia, ut ipse sese in-
72 dicavit, originem suam duxit? Quid? ejus similem si fortè nan-
cisci queamus, nónne ab extremis Gadibus, unde Romani hi-
73 storici audiendi gratiâ, nescio, quis olim in Italiam volitasse di-
citur, eum in urbem & curiam nostram deducemus? Nam,
74 quemadmodum à Cadmo advena, in peregrinas oras, literæ
primùm allatæ esse celebrantur: ita ab uno sæpè homine ex-
tero lux omnis honestioris disciplinæ emanavit. Notissimus ea
75 re Alcuinus, aliiq; è Britannia ad Carolum Magnum profecti
viri doctissimi, qui veteris Occidentis tenebras, novo fulgore
ingenii, illustrarunt. Quot verò curias, & dicasteria nominabi-
mus, quæ etiã superiore memoriâ, imò nostrâ, à Cancellariis a-
liunde accitis, hinc inde in Principatibus quàm optimè partim
76 instituta, partim instaurata, & in ordinem revocata fuerunt?
Sed quos peregrinos dico? Nam quantum ad provincias Ger-
maniæ attinet, ut maximè diversis nationibus distinguantur,
77 alter tamen alteri verè germani, & populares, non peregrini ac
exteri habemur, qui quasi unis unius Romæ mœnibus conti-
78 nemur. Nihil itaque obstat peregrinitatis impedimentum no-
stratibus, quò minùs in Palatinis cancellis, & illi vicissim in
his, & alii in aliis militent. Quo quidem vicissitudinis genere,
nihil esse videtur frequentius, cùm paucissimos fortuna nata-
79 lis loci ita complecti soleat, ut, secundum Servatoris nostri
sententiam, in patria Prophetæ habeantur. Contingere verò
idem quàm sæpissimè videmus, quòd plantulis, & arbusculis,
quæ, cùm è seminariis suis, aliorsum transferantur, se ipsa cre-
80 scendi felicitate vincunt. Ita sæpenumerò è solo patrio multo-
rum ingenia egressa, secundissimis ventis, ad summorum ho-
81 norum fastigia, apud exteros pervenisse annotantur. Sed ne
ipsi diutiùs in hoc capite inter peregrinos peregrinemur, ad
nostros revertemur, assumpto, quatenus per mores, ac con-
sue-

suetudinem, legesq; & statuta licet, homine etiam externo at-
que advena, cui non dubitabimus interiores quoque Cancel- 82
los aperire, præsertim, si ex indigenis idoneum reperire officio
tanto non possimus. Hac tamen cautione, tanquam sub aurea
umbella, adductum eum velimus, ut jam antè preclara fide at-
que ingenio sese exploratum probatumq; quàm maximè de- 83
derit. Sed neque facilè quempiam ex ea natione, ac gente ad-
mittemus, quæ inter tria κάππα κάκιστα, ut olim Cretes, & Cilices, 84
& Cappadoces, numerentur, quorum mores, & vitæ universę
status infestus, atq; infamis, neque ex eo populo, cujus natura
quodammodo adversa, & cujus littora littoribus, ut canit ille,
nostris contraria. Quod quidem olim in Gallis, sua ætate, no-
tavit Sylvius, quos Italis suis naturâ prodit inimicos esse, pluri- *Sylv. Epist. 9.*
mumq; eos odisse. Nec abs re esse, quod de naturali odio Sar-
matarum aliarumq; vicinarum gentium dicatur, ipse etiam
Poloniæ Orator ad Maximilianum II. Imperatorem legitur, *Varsov. orat. ad*
non dissimulasse. Bonfinius verò tantam amicitiam inter Un- *Max. II.*
garos ac Germanos semper fuisse confitetur, *quanta*, ut Venu- *An. 1576. Ratisbon.*
sius canit, *lupis & agnis sortito obtigit.* Hispanorum itidem inge- *Bonf. in hist. Vng.*
nia contraria usque Gallis esse Gallorum politicus pluribus af- *Hor. Od. 4. Epo.*
firmat. Cujus quidem adversitatis, & quasi ἀντιπαθείας cujusdam *Bod. lib. 5. de*
ea vis esse videtur, ut, quemadmodum Maximilianus I. dicere *Rep. c. 1.*
solebat, contrariæ naturæ gentium, ne quidem in uno aheno, *Luth. in conv.*
si, sanguine misto, confundantur, conjunctim consistere, ne-
dum in officiis & muneribus concordes permanere possint.

CAP. V.

De Peregrinationibus.

QUid autem de peregrino pluribus? Cùm ne peregrinatio- 1
nem quidem in cive & indigena æquo animo ii ferre

 possint,

possint, qui Lycurgeam prudentiã sapere videri volunt. Quid
verò illa? Quàm diutissimè Laconum Rempub. ab omni con-
2 versione conservasse hac ratione prædicatur, cùm omni pere-
grinationis cursu sublato, domi suæ cives, eorumque liberos
continuerit, ne qua aliunde visa foris novitas, mutando statui,
inveheretur. At illud periculum potissimè obvium & exposi-
3 tum in iis esse solet, qui ex peregrinationis longioris curriculo,
ad administrandas Reipubl. partes accersuntur. Illi enim cùm
foris alienis institutis, ac moribus sese dederint, ut quàm maxi-
4 mè fieri solet, domum reversi, nihil non ad exterorum exem-
pla revocare atque immutare expetunt. Quocirca etiam, Ro-
manorum Principem, Augustum, legimus omnem excursio-
nem senatorum suorum, eorumq; liberûm, interdicto seve-
5 rissimo inhibuisse. Quemadmodum non modò in Moscovi-
tarum hodierno Imperio, testante Heidensteinio, verùm etiam
6 in optimè instituto Angliæ regno, idem adversus civiles con-
versiones remedium adhibetur. Nam & ibi procerum filiis, si-
7 ne Regis permissu, in exteras nationes proficisci prohibitum
esse constat. Ita verò, Philosophorum numen, Plato, quem
omnibus veterum Ethnicorum Diis anteferendum, Augusti-
nus existimavit, in sua, quam cunctarum Rerump. exemplar
8 esse voluit, nemini, ante quinquagesimum annum, ob eandem
causam, peregrinationem concedendam esse statuit. Si quo
autem in Reip. munere illud sese aperire incommodum pote-
9 rit, vix aliud est, in quo magis metuendum ejus rei periculum
erit, quàm in Cancellarii officio. Nam, quod Anacharsin, ex
Græcia in Schytiam suam reversum, suscepisse consilium scri-
bunt, cùm omnes patriæ suæ mores aspernaretur, ac vetera in-
10 stituta ad disciplinam Atticam revocare conaretur, idem sæ-
penumerò compertum est, in hoc munere, complures atten-
tasse, qui peregrinationis suæ fructum hunc vel maximum es-
se pu-

Cass. lib. 55. Alex. ab Alex. lib. 4. Gen. 5. c. 10.

Heiden lib. 1. de bell. Mosc.

Aug. lib. 1. de civ. Dei.

ſe putarunt; ſi, ad exterorum formam, civitatis ſuæ ſtatum in- 11
ſtruere poſſint. Incidit eandem ob cauſam noſtrâ etiam me-
moriâ in graviſſimam ſuorum invidiam Poloniæ Cancellarius
ſæpiùs nominatus, Johannes Zamoſcius, cui Italica itinera, 12
ac peregrina Gymn[illegible]n, & inſtitutio, atq; ſtudia extera, publi-
cè quoque affixis, & [illegible]borem ejus ſcriptis carminibus, ex- *Heid. d. lib. 2. Bell. Moſc.*
probrata eſſe leguntur. Quod quidem ipſe in ſe agnoviſſe vi-
detur, cùm Sarmatarum longè prudentiſſimus, voce ſuprema,
vetuiſſe perhibeatur, quemadmodum à Poloniæ primatum li- 13
beris audivimus referri, ne filius ejus, quem tamen ad patriam
dignitatem & gloriam educatum voluit, vel Italicis, vel Galli-
cis, aliiſve peregrinationibus unquam uteretur. Atqui illud 14
conſilium ac inſtitutum veterum quoque Regum Perſiæ fuiſ-
ſe cognoſcitur, cùm quem legatum & intimum Conſiliarium *Varſ. de leg.*
negotiis ſuis ſecretioribus tractandis adhibitum vellent, eum
à puero uſque, in aulæ interioris penetrali, educandum atque
inſtituendum curarent. Nec verò quiſquam negare poterit 15
domeſticam diſciplinam, omneſq; conſuetudines, patriæq; le-
ges, & inſtituta, quàm notiſſima eſſe debere Cancellario, quo-
rum cognitionem domi percipere, ſuoq; officio neceſſaria ad-
diſcere quàm optimè poterit, etſi cum Socrate, omnium do-
ctrinarum parente, ne pedem quidem limine patriæ in exte- 16
ram oram extulerit. Eſt enim hic quaſi quidam communis
morbus, & tanquam peregrinatorum febricula, ut, quod na- 17
vigii, & maris inſolentibus vectoribus accidere videmus, nau-
ſeam quandam, atque tædium rerum ſuarum concipiant, con-
trà verò exterorum morum atq; ſtudiorum facilimum amo-
rem, tanquam è Circeo aliquo ſcypho venenum, obbibant. Ex
quo deinde evenire ſolet, ut, cùm reverſi ad ſuos fuerint, ſi for-
tè Reipubl. muneribus admoveantur, plurimùm in eo hallu-
cinentur, cùm ad ea, quæ foris uſurpaverint, Reipubl. ſuæ for- 18

Arist.lib.4 pol. mam accommodare conentur, non intellecto veteris magistri
c.2. præcepto, qui docuit, leges quasq;, ac mores ad Rempubl. non
autem Remp. ad leges, & mores esse accommodandam. Sunt
idcirco cives peregrinatores, multò magis, quàm peregrini
19 homines, Reipub. propter ejus rei metum fugiendi; quò peregrinator appetentior domesticæ novitatis, quàm peregrinus
esse videtur, quoque ille & potentior, ac audacior domi suæ,
quàm ille in alieno regno erit. Cordæus ex Cominæo nostro in
conspectum atque exemplum adducatur? Quid autem ille?
Ex Burgundica familia cùm in Galliam, ex qua originem ducebat,
20 bat, sese recepisset, potitus Picardiæ præfecturâ, & inter Consi-
Com.lib.5.com. liarios regios susceptus, ad eam rationem, quam apud Carolum Ducem viderat, princeps & auctor Regi fuit, Galliæ militiam ordinandi, ita, ut maxima & intolerabilis pecuniæ sum-
21 ma, toto regno, ad eam rem extorqueretur. Quo quidem onere, quod ex unius hominis peregrinatoris consilio profectum
22 erat, teste auctore nostro, Gallia tantùm afflicta fuit, quantùm unquam antea ulla priorum Regum ætate, imò verò, ejusmodi vulnus illatum universo regno esse dicitur, quod longissimo tempore curatu difficilimum fuit. Atque hæc quidem, &
23 similia ex peregrinationis studio provenire ut plurimùm solere ferunt. Notatum autem præterea, in hoc, de quo agimus,
24 munere, multos felicissimè versatos esse, qui, tanquam Spartani cives, nullis unquam exterorum regionibus sese intulerint.
Nam & illi, qui triginta amplius annos, Electoralis Marchiæ
25 Cancellariatum summa cum laude administravit, suprà aliquoties nominatus Lampertus, Orator, teste Hildeshemio præstantissimo, in Imperio, præter Germaniæ Academias, nullam foris adiisse prædicatur. Sed & ille patrii juris, & moris, ac consuetudinum, quas etiam paulò ante obitum conscripsit,
26 cò studiosior ac servantior fuisse dicitur, quò externæ excur-
sionis

ſionis ac peregrinæ diſciplinæ abſtinentior habitus. Nec verò non ſuſpectiſſimas contagii peregrinationes, antiqui etiam Quirites, eas habuiſſe videntur, quæ ad corruptioris diſciplinæ, morumq; nationes ſuſciperentur, idq; vel ex Tullii noſtri oratione, quam pro L. Murænâ habuit, perſpicuum eſſe poteſt. 27
Quid enim ibi? an non eidem Murenæ conſulatum petenti Aſiæ nomen objectum fuiſſe legitur? quòd in ea, etiam ſtipendio facto, diutius verſatus, graviſſimam luxuriæ ſuſpicionem, quâ tum temporis quàm maximè illa flagrabat, traxiſſe putaretur. 28
Quid verò de noſtris peregrinatoribus dicemus? quorum contentiſſimum curſum plerunque ad eas regiones eſſe videmus, ex quibus, ut de Epidamnio veteri jocus Comicus eſt, nemo ſine damno reverti cognoſcatur: *Quæ verò ſtultitia eſt*, ut cum Johanne Cratone, trium Imperatorum archiatro, exclamem, *in ejuſmodi nationes longiſſimè excurrere, totq; periculis caput objicere, ut ea videas, quorum recordatio per omnem poſtea ætatem, ſenſum doloris afferat?* Pl. in Menach. 29 Crat. in Ep.
Non rarò autem hodie ex corruptiſſimis quarundam gentium moribus, tanquam ex Nicomedis ſtabulo, & Bythiniæ fornice, uti de C. Julii Cæſaris prima excurſione dictum eſt, vulgò reditur; ſi modò, per ſolis filias, in ſolum patrium ſolemq; redire liceat. 30 Suet. in Iul. Caſ.
Nam, quòd nunc temporis Cujacios & Duarenos foris ad Rhodanum, & Sequanam quæras, aut Menochios vel Socinos, aut Bembos, ac Muretos, in Italorum Gymnaſiis auditum exeas, fortè operam & viaticum perdes. 31
Atqui hæc quidem & plura alia, contra peregrinationis abuſum, non ſine cauſa differuntur, quę etiam in orationibus meis copioſiùs in utramq; partem pertractantur. 32 Auct. Orat. de pereg.
Sed cùm omnia ea incommoda & diſcrimina, non tam ex ipſius rei natura, quàm ex accidente quadam ratione proficiſcantur, tantùm abeſt, ut alas præcidere omni peregrinationi velimus, ut potiùs cum Apollonio juvenes, tum ad hanc, 33

tum ad aliam Reipubl. provinciam inter instituentes, hac clarissima voce admoneamus: *Eant, forisq́, peregrinentur, tanquam patria domo ac foco omni careant.* Quod quidem facto opus esse
34 iis, qui ingenii opes venari cupiant, ex Germanorum Imperatoribus Fridericus, cognomento Barbarossa, quàm optimè cognovit, qui propterea eorum, qui studiorum gratia peregrinentur, profectiones ac itinera securitate singulari communita esse voluit. At idem quoque verum peregrinationis finem expressit, vel potiùs omnibus præscripsit. Quis verò ille? *Ita videlicet peregrinentur,* inquit, *studiosi, ut eorum scientia totus mundus illuminetur, & ad obediendum Deo, nobisq́, ejus ministris, vita subjectorum informetur.* Hoc age (exclamabant veteres in sacrificiis)

auth. habita. C. ne fil. pro pat.

35

36 hoc, age, inquam, peregrinator, easq; linguas animiq; ornamenta & scientias, tanquam ex mercatu uberrimo, nobis allatum abi, quæ quàm maximè tum hoc, tum quodvis aliud Reipubl. munus, illustrare possint. Hoc etenim fine præstantissi-
37 mos quosq; viros, quibus postea hujus, de qua agimus, dignitatis accessus contigit, è Germania nostra superiore ætate ultra Alpes in Italiam, & ad Rhodanum atq; Ararim in Galliam excurrisse accepimus, quo tempore rarissimis artium ac literarum luminibus ea oppidò florebat. Ita enim, quem suprà
38 Saxoniæ Principum Cancellarium fuisse audistis, Simonem Pistoris, Albinus Misnensium historicus prodit, maxima contentione ad Italica Gymnasia festinasse, ut Jasonem, Philippum Decium, Francischinum, Rochum, Paulum Picum, & Curtios celeberrimos juris antecessores audiret. Abiit, audiit eosdem, tanto cum fructu, ut reversus omnium hominum doctissimorum admirationem in se converterit. Extant etiamnum juridici Collegii Lipsensis literæ, quibus Georgio Duci Saxoniæ,
39 hic Italicus peregrinator, commẽdatus fuit, his verbis: *Quamvis in hac tua Republ. literaria multos huic muneri* (de ordinarii

Alb. in Chr. Misn.

fun-

functione agebatur) *idoneos eſſe nemo ſit, qui neget, occurrit tamen*
inprimis vir ornatiſſimus Simon Piſtoris, in quo natura tantas animi
& corporis dotes, unà cum inclyta virtute, atq; cum ſumma docendi fa-
cilitate, non ſine magna omnium admiratione feliciſſime cumulavit,
ut melius neminem (pace aliorum dixerimus) vel ex cunctis Ger-
maniæ Academiis conquiſitum, noſtris ſtudiis ſatisfacturum eſſe pu-
temus: Tantum in eo ſapientiæ, probitas ingenium, eruditio, atq; civi-
litas emicant, &c. Quæ quidem idcirco hoc loco inſerta volui,
ut oſtenderem, quæ commoda, ac fructus, quæ ἀποφόρητα ex pe-
regrinationum curriculis domum reportanda ſint ei, qui ad 40
hoc, vel aliud conſulendi Reipubl. munus aſpiret. Nam, inanis
profectò vanusq; meritò dicendus eorum curſus, atque vaga-
tio erit, qui ſine prudentiæ lumine limine egrediantur, & iti-
nera peregrina ſuſcipiant hac voluptate, ut oculorũ aſpectum
viſu urbium, ac arcium, nemorumque, & fluviorum duntaxat 41
paſcant, aut novum aliquem cultum, & habitum geſtumq; re-
ferant. Referat contrà noſter Piſtoris exemplo earum rerum
ſcientiam, quæ ad belli paciſq; tempora optimè gubernanda
pertinebunt: referat ipſorum exterorum hominum prædica- 42
tionem, atq; admirationem, quemadmodum Mordiſium, Sa-
xonicum itidem Cancellarium, ex Italia, quò ſimiliter ſtudio-
rum gratiâ acceſſerat, retuliſſe à Mariano Socino Nepote legi-
mus, cùm ad Hieronymum Schurfium Juriſconſultum, his
verbis de eo ſcripſerit: *Felicem & fortunatum te, clariſſime Hiero-* 43
nyme, ſemper judicabo, cùm hic Vlricus Mordiſen, Germanicæ natio-
nis apud nos Conſiliarius, ornatiſſimus diſcipulus contigit, qui ſolus
ad propagandam nominis tui inclytam famam, & celebritatem ſatis
tibi eſſe poterit, &c. Atq; ſimiliter:

Hoc fine aërias tranſcendere Mynſinger Alpes 44 *Meib. in Paneg. Mynſ.*
Geſtiit; arriſit votis fortuna ſecundis,
Medoaciq; lacus, Patavinaq; mœnia ſoſpes

Ingre-

Ingreditur, miratus opes præcinctaq; vallo
Mœnia turrigero, miratus sacra Minervæ
Atria, quadrato collegia stantia saxo,
45 *Inprimis avidas Zuichemus Viglius aures*
Detinuit juvenis, quoties suggesta teneret
Arduus, & legum nodos obscuraq; sensa
Excuteret magna juvenum stipante corona.

His etenim versibus, de ejusdem Cancellarii peregrinatione,
46 Juliæ Academiæ panegyristes cecinisse legitur. Atqui ex his &
similibus propè infinitis exemplis perspicuum esse potest, fal-
sò peregrinationis incommodo asscribi, quod peregrinato-
47 rum moribus ac vitiis erat imputandum. Prudens enim via-
tor, in perlustrationis suæ spaciis, eos fluvios imitatur, quos per
medium maris, sine omni sali aspergine, dulcedinis suæ ac co-
loris tenacissimos delabi audimus. Eas itaque, & non solùm
48 linguas, de quibus suprà locuti, sed etiam instituta, mores, civi-
tates, earumq; gubernationes, status, ac Imperii formas, mo-
dosque, quàm poteris exactissimè cognoscas, inprimis verò,
quoscunque & authoritate singulari, & prudentia pollere vi-
49 ros audieris, tanquam oracula, adeas: Quod quantum ad civi-
Com.lib.1.com. lem institutionem pertineat, etiam Rex Galliæ, Ludovicus XI.
animadvertisse videtur, quem auctor noster scribit, viros ferè
50 omnes, qui per Europam id ætatis auctoritate, & numero ali-
quo essent, cognovisse. Sed tamen antequā versoriam, ut Plau-
51 tino verbo loquar, capias, navemq; ora solvas, ne, quod veteres
de Lamiis fabulati sunt, etiam de te fortè dici possit, provideas.
Quid illud? Illas quidem foris oculatas, domi verò cœcas esse
52 finxerunt. Meritò autem cum istis portentis irrideberis, si ex-
terorum angulos omnes perreptaveris, domi verò tuæ hospes
53 & peregrinus fueris. Quod quidem peregrinatoribus nostra-
tibus perquàm affine esse consuevit, ut cùm fines & Italiæ, &
Gal-

Galliæ, & Hispaniæ, aliorumq; regnorum cunctos exploravē-rint, ne tertiam quidem partem Germaniæ nostræ cognove-rint. Præpostera profectò peregrinationis ratio! nec verò non turpe politico viro, in Imperii negotiis, ac muneribus versanti, non priùs Imperii totius provincias, quàm peregrinas ditiones pervidisse. Sed nolumus hoc loco remoram parato navigio ullam objicere, pluribusq; rem alibi actam agere. Ad illud igi-tur, quod extremum externorū munerum est, ab exteris pere-grinationibus veniamus.

54

55 Vide orat. de perlust. Germ.

CAP. VI.

Quibus fortunis ac opibus.

Restant enim fortunæ & opes, sine quibus, uti Atticus Ora- Demost. Oly. 1.
tor testatur, ferè nihil fieri potest earum rerum, quibus ad 1
publica munera atque officia opus. Rerum siquidem gerun- 2
darum nervus in pecuniis & facultatibus situs est, non modò Xiph. in v. Vesp.
judicio Imperatoris illius, qui auri undiquaque etiam sordidè congerendi studiosissimus fuisse legitur, verùm etiam homi-num prudentum, *qui*, ut Flaccus noster cecinit, *res sibi, non se re-bus submittere norunt.* Sed cui rei ac usui illæ nostro? Numquid 3
sub hasta venale munus & honores ememus? Illud enim in Bod lib. 6. de Rep. c. 2.
Galliæ regno, & alibi ita fieri solitum, teste Gallico scriptore, ut officia, atque Imperia, & dignitates proscriberentur. Nec illo mercaturæ genere ipsi Romanorum Pontifices abstinuisse le-guntur, quò minus non solùm civiles magistratus, & dignita-tes, verùm etiam Sacerdotia, atque Episcopatus cum insigni- 4
bus & infulis sacris venum dederint. Quod quidem ipse Pon-tificii solii insessor Sylvius, ad Johannem Peregallum, his ver-bis testatus esse legitur. *Nihil est*, inquit, *quod absq; argento Roma-* Sylv. Epist. 66.
na curia dedat. Nam & ipsæ manus impositiones, & Spiritus sancti do- 5

Ee na

na venduntur. Nec peccatorū venia; nisi nummatis impenditur. Absit verò, absit quàm longissimè ab hoc tam splendido munere
6 & dignitate tantarum sordium fœditas, *qua nihil turpius excogi-*
Idem d.loco. *tari*, uti verissimè exclamat Andegavensis magister, *nihil deformius videri, nihil perniciosius Reipubl. audiri poterit.* Tametsi enim nulla nō publicorum honorum & munerum nundinatio sordida, & exotiosa existat, nullius tamē rei venditio majori frau-
7 di communibus rebus videtur fore, quàm ejus, in qua summa consilii publici salus contineatur. Fiunt enim emptionis jure,
8 vicissim omnia ea venalia, in quibus justitiæ atq; æquitatis ratio consistit. Pojeti exemplum suprà adduximus, qui, cùm pecuniæ interventu, ad magnum Galliæ sigillum pervenisset, vi-
9 cissim pecuniâ omnia jura, privilegia, sacra, profana, quâ pote-
Iov. in Epig. rat maximâ vendebat. Quod itidem Alexandrum VI. Pontificem non sine incredibili fœnore fecisse scribitur, de quo ille
10 Cancellarii regii versiculus in ore omnium etiámnum versatur:

Vendit Alexander sacramenta, altaria, Christum,
Emerat ille prius, vendere jure potest.

In malam verò rem cum rebus, omnibusq; istis opibus & divi-
11 tiis, quæ ejusmodi vitiis inserviant. Noster nobis potiùs nudus & inops ab omnibus externis fortunis, hanc provinciam ingrediatur, quàm, empto munere, turpissimæ fœditatis authoramentum circumferat. Tantùm verò abs!t, ut precio sibi offi-
12 cium & dignitatem comparet, ut neque prece, neque gratia, neque benevolentia, & studio promotus, sed sola virtute, & industria, atque prudentia commendatus, atque ultrò accitus, oblati muneris administrationem suscipere velit. Illud enim,
Han. ad Tac. An. li.1. in Tib. teste Hannibale Scoto, & ad obtinendam, & conservandam
13 auctoritatem, atq; existimationem tuam, quàm maximè pertinebit, si dignè electus, & vocatus ad dignitatem venisse dicaris.

ris. Sed neque *certiorem benè institutæ Reipub. notam esse*, Ceriola *Cer. de conc.*
prudenter scriptum reliquit, *quàm, cum sine ullo gratiæ & favoris,* 14
sine opum & facultatum respectu, virtuti debita munera conferantur.
Quam quidem longè præclarissimam sententiam, non modò
de omnibus Reipubl. dignitatibus & muneribus rectè consti-
tuendis, verùm etiam de summo Imperii capite Septemvirali-
bus suffragiis creando, Friderici Saxoniæ Electoris, cognomen- *Agr. in prov.*
to Sapientis fuisse ajunt; cùm in conventu collegarum dispu-
taverit, non tam esse opum, & divitiarum atque potentiæ, sed 15
potiùs earum virtutum, & facultatum exactissimam rationem
habendam, quas Imperii gubernatio à Principe summo quàm
maximè, & ante omnia alia, flagitare videatur. Tantò itaque
minùs in Cancellario cooptando nobis quærendum erit, quâ
quisque opum affluentiâ, quâ possessionum atque prædiorum 16
hereditate fuerit, quàm quibus ingenii atque eruditionis do-
nis instructus sit, quaque probitate, & fide ille polleat, quantò
magis animi virtutisq; bona, quæ nullo alio precio, quàm stu-
dio & laboribus, *quibus Dii ipsi virtutem vendere mortalibus*, ab 17
Ascræo vate canuntur, huic officio administrando summè ne-
cessaria habentur. Quandoquidem etiam longa observatione
exemplorum compertum est, eos utplurimùm in hoc munere
optimè versatos, maximamq; virtutis, ac integritatis & justi- 18
tiæ laudem consecutos esse, qui quàm minimum opum & cu-
piditatis earum, ad hanc provinciam & dignitatem attulerint.
Quemadmodum illud quasi fatale esse regni sui administra- *Warsc. in Or.*
tioni, Polonorum senator, Warscevicius, ad Maximilianum Im- *Rat.*
peratorem II. in ea oratione, quam Ratisbonæ dixisse legitur, 19
haud dissimulavit, cùm clara voce testatus fuerit, *plus semper fe-
licitatis, cum minùs potentibus, quàm cum potentissimis Regibus illud
habuisse*: ita sanè nescio, an non illud ipsum multò veriùs de li-
terata dignitate dicere possis, cui *divitiæ, quòd*, teste Sylvio, *ple- Sylv. Epist. 45.*

20 *runq; vitia secum trahere soleant*, obesse magis, quàm prodesse videantur. Quid enim? An non πενία τὴν τέχνην, ut proverbiali
21 quoque sermone circumfertur, literarum & artium scientias paupertas ipsa invenit, & excoluit? ex quo quidem inopum hominum studia videre est semper longè majora, & frequen-
22 tiora esse, quàm divitum. Inde verò factum esse jam antè declaravimus, ut etiam in veteri Romanorũ statu, literata Quæstoris dignitas, quæ nunc Cancellarii dicitur, ad plebejos & nullo censu homines, ob idoneorum nobilium raritatem deferri cogeretur. Quod etiámnum in prudentissima Venetorum Republ: hodiernis moribus ita constitutum esse cognoscitur, ut, quanquam Cancellarii nomen, honosq; longè maxi-
23 mus, atque amplissimus ibidem habeatur, è plebe tamen, non qui aliis opulentiâ, & copiis affluentior, sed qui doctrina atque prudentiâ & virtute commendatior censeatur, illi officio, &
24 quidem perpetuò, præficiatur. Quantus autem numerus dari posset, qui ad hanc dignitatẽ, tam in Imperii provinciis, quàm in regnis externis, secundum divini hymni oraculum ex imo
25 pulvere erecti, & ad Principum latera collocati, pervenerint? Quemadmodum illud de se crebris sermonibus dicere soli-
26 tum Johannem Lucanum, Megalopyrgicum Cancellarium, accepimus, seq;, ut suprà audivimus, pauperem fatebatur fuis-
27 se Albinus Marchicus, cùm ad honores hosce evectus fuisset. Et inter rariora nostri seculi exempla, recensetur ab Hildesheimio, Lampertus Distelmejer, quòd, cùm secundum Satyrici versum, *haud facile emergant, quorum virtutibus obstet res angusta domi*, ipse tamen, ut ejus verbis utar, *ex vitæ privatæ umbra in lu-*
28 *cem & splendorem maximum orbis Christiani fuerit collocatus*. Sed & eorum in classe Hospitalis, Solon, ut ab Hotomanno Jurisconsulto appellatur, Galliæ numeratur, quos inopia cunctas disciplinas docuisse prędicatur. Ille enim cùm ob angustiam rerum juve-

Bod. l.1.de Rep.

H.

juvenis Lutetiæ in sutrina habitaret, quemadmodum de Alpheno, veteri Jurisconsulto memoriæ proditum est, fretus, & studiorũ fiducia, eoq; solatio, quod Imperator Justinianus, etsi 29
alio sensu, quàm vulgò usurpari solet, scriptum reliquit, cùm dixerit, *leges neminem pati in paupertate vivere*, hospiti suo promisisse, fortè per jocum, dicitur, se, si aliquando Galliæ Cancellarius evaderet, mille aureos ei donaturum. Quid fit? Sors hominis voto respondit: Virtutis & singularis prudentiæ commendatio eum ad summum togatæ dignitatis fastigium perduxit. Sed & fides veteris promissi servata fuit. Nam cùm jam magnus apud Regem Magnum foret, ejusq; à latere, & in co- 30
mitatu ferè assiduus versaretur, fortè accidit, ut unà cum eodẽ notam domunculam præteriret, venit tum Hospitali hospitii antiqui, & in eo factæ pollicitationis in mentem: ideoq; paululum subsistens, claraq; voce clamans: Serenissime Rex, inquit, huic ego domui ejusq; inquilino mille aureos huc usque ex veteri quodam voto debeo, causam Regi roganti inter eundum exponit, qui & fortunâ Cancellarii, & narratione rei, atq; 31
debitæ gratitudinis recordatione delectatus, aurum promissum ex suo ærario numerari antiquo Hospitalis hospiti jussit. Nec minor paupertas ac nuditas Joviani regii itidem Cancel- 32
larii fuisse, ex Jovio cognoscitur, qui eum scribit exulem, & inopem Neapolim contendisse, ibiq; admiratione ingenii ad honores & opes maximas pervenisse, tantâq; justitiâ & æquitate, 33
totiusq; vitæ innocentia, & integritate munus regni maximã, administrasse, ut & marmorei lapides, qui ejus honori in monumento positi fuerunt, hisce verbis prætereuntem alloquantur: *Noli, obsecro, injuriam mortuo facere, vivens quam fecerit nemini.* Præclarissimum profectò Cancellarii elogium, omnibusq; 34
Crœsi & Crassi divitiis anteponenda gloria! quam quidem omnes, qui in hoc munere versantur, quàm dignissimam di-

Nov. 1. in Epit.

Iov in Elog. doct. vir. c. 37.

35 gnitate & nomine suo similiter adipisci studeant, certoq; sibi
persuadeant, ex omnibus facultatibus & opibus, nihil ad
omnem posteritatis memoriam posse tanta laude relinqui
præstantius. Etsi autem multa quidem præclarè in hoc mune-
36 nere egisse, multa dixisse, præclariùs multa scripsisse Angliæ
Cancellarius Morus legatur, tamen Joviani illam pulcherri-
mam prædicationẽ consequi non potuit. Nam & idcirco eum
Luth. in coll. conv. divina Nemesis dicitur à tergo insecuta esse videri, ut in Regis
indignationem & pœnam, etiam in causa non injusta, incide-
37 rit, quòd quàm plurimos ob divinæ veritatis ac relligionis pu-
rioris professionem summa injuria, & extremis cruciatibus
persecutus esset, immemor omnium eorum consiliorum, quæ
ea de re ipse contra ejusmodi tyrannidem & crudelitatem, in
38 Republ. sua Utopica, paulò antè gravissimè scripserat. Nec ve-
rò omnium, qui è re tenui ad amplissimos honores & facul-
tates repentè emergunt, ea indoles & ingenium esse solet, ut
moderato animo novæ fortunæ magnitudinem ferre possint.
39 Quod etiam Philosophus annotavit, qui ἀπαιδευσίαν πλούτου, hoc
Arist. 2. Rhet. c. 16. est, imperitiã rectè utendi opibus, in causa esse differit, quam-
obrem νεόπλουτοι, homines recens divites facti, plerunq; & aspe-
riores, & ad injuriam aliis inferendam procliviores existere vi-
40 deantur. Quo è genere Oliviarum Cancellarium, quem suprà
etiam adduximus, fuisse proditur, qui etsi eruditus, & inprimis
sapiens haberetur, omnium tamen aliorum hominum, atque
Hist. Tum. Ambos. adeò illustrium Comitum & Baronum injurias, & iniquissima
suis sententiis constituta supplicia, partium suarum studiis &
gratificationibus postposuisse scribitur. Vidit iisdem moribus
Volsæum suum Anglia, cujus insolentiam & fastum jam antè
41 notavimus, de quo etiam Caroli nostri Imperatoris V. verbum
ad nostræ ætatis memoriam pervenit. Cùm enim ille audisset
nobilissimum quendam juvenem ejus injuria vexatum, & ini-
què

què ab eodem damnatum capitis esse: *Indignum est*, inquit, *à cane lanii tam pulchram damam devorari.* Quæ quidem exempla illud confirmare nobis videntur, quod de his, & similibus hominibus, qui ad novos honores & opes, quarum insolentes sunt, evehuntur, Poëta cecinisse legitur: *Chyt. in Orat. fun. Car. V.* 42

Asperius nihil est humili cùm surgit in altum.

Quandoquidem, asseverante Tullio, totis etiam familiis, atq; adeò magnis civitatibus ac populis accidere soleat, ut, quod ille de Campanis perhibuit, ex egestate in abundantiam rerum traducti, non solùm copiâ, verùm etiam insolentiâ commoveantur. Cui quidem hominum generi consultius foret, secundum Euripidis sententiam, parum opum ac facultatum habere, quàm per divitias in vitia delabi. Noti autem veteres versiculi sunt: 43 *Cic. 2. Agrar.* 44

Μὴ πλούσιον θῇς, ἐνδεέστερος γὰρ ὢν
Ταπεινὸς ἔσται. *Eur. in Arch.*

Ne divitem reddideris, qui, cùm sit pauperior,
Humilis erit.——

Qua de causa nonnullos etiam vel ex priscis sapientibus accepimus, tanquam incitamenta vitiorum, sponte sua, pecunias in mare abjecisse. Quod quanquam nostri ævi prudentiæ ridiculè, atq; adeò stolidè, factum esse videatur, non tamen equidem intelligo, quamobrem non præstabilius sit, rerum potiùs, quàm per eas virtutis & existimationis detrimentũ fieri. Nam, paulò antè, honoris gratiâ, nominatum Sapientem illum Fridericum, Saxoniæ Electorem, dicere solitum fuisse accepimus, se propterea opibus atque thesauris accumulandis abstinere, quòd vereretur, ne illarum fiducia fretus, cum vicinis suis contentiones nõ necessarias susciperet, & ad injurias aliis inferendas animosior ac audacior redderetur. Pravis moribus, inquis, ista sunt, non ipsis bonis & facultatibus assignanda. Haud equidem 45 46 *Agr. in prov.* 47

48 dem infitior: sed admodum *difficile est*, ut ait ille, *opibus, non*
Iuv. in Sat. *tradere mores.* Quid? solósne eam ob causã pauperes ac inopes admittendos, opulentos verò & divites repellendos à cancellis tuis existimabis? Minimè. Nec enim leviora inopiæ, quàm divitiis, si res ex suspicione agatur, objici impedimenta possunt. Solet enim, ut alia omittam, jejunæ hirudinis morsus
49 plerunque esse acerrimus, testimonio Tiberii, qui idcircò ditiores malebat in provinciis ac officiis perseverare, quàm egentes, &
50 novarum opum cupidos imponere. Sunt autem opes & facultates, quæ, ut Tacitus ait, innoxiæ parantur, & modestè habentur,
51 suapte natura, magnæ honoribus ac dignitatibus auctoritati & ornamento, secundum illud Syracidæ: *Dives locutus est,*
Eccl. c. 13. *& omnes tacuerunt, verbumq. ejus ad nubes usq. extulerunt:* Sunt ad magnificentiam & liberalitatem, de qua suprà, declarandam,
52 insigni instrumento & adminiculo: sunt deniq; omnium virtutum, si rectè adhibeantur, administræ. Nec verò non multi in hac dignitate & officio fortunati, ac divites, & nunc, & olim, reperti, qui, ut Horatius cecinit, *muneribus Deorum sapienter uti,*
53 *didicerunt*, quiq; non modò splendori atq; amplitudini honoris sustinendo convenientes opes, tam novas, quàm avitas adhibuerunt, verùm etiam Ecclesiæ & Reipub. incremento, plurimùm adjumenti attulerunt. Qua quidem ratione, lautiores fortunæ, si cum virtute præclarisq; animi dotibus, atque eru-
54 ditionis laude conjunctæ inveniantur, singularem sui respectum ac prerogativam quandam, etiam in hujus muneris constitutione mereri jure possunt. Contrà verò, cœcum, sine omni
Epist. 44. lumine animi, Plutum, *qui*, ut Sylvius ad Johannem Campi-
56 Arist. in Plut. sium, summum, ut vocat, Philosophum scripsit, *plerunq. indignos comitatur*, suis cum divitiis, ad sordidi Patrocli domum, unde in comicam Aristophanis scenam prodiisse legitur, ab hac provincia & dignitate literaria omninò relegatum esse volumus.

lumus. Damnamus enim illud meritò, quod Sylvius de ſuæ ætatis curiis teſtatus eſt, cùm ſcripſerit his verbis: *Dantur honores in curiis, non ſecundum mores, atq; virtutes, ſed ut quiſq; ditior atq; potentior, eò magis honoratur.* Epiſt.166. Sapientia verò, etſi ea, ſecundum Cecilianum verbum, ſub ſordido palliolo latitet, inopsq; & nuda
47 à prædiis & poſſeſſionibus, externisq; fortunæ muneribus habeatur, nunquam tamen non digniſſimam, tum hac, tum aliis Reipubl. partibus gubernandis eſſe cenſemus. At contempta eſt, inquis, pauperis ſapientia, ejusq; oratio non attenditur, teſtante illud ipſo ſapientiæ magiſtro, eſtq; ea de re antiqua Ennii Sal. Prov. c.9.
querela, quam his verſibus apud Gellium legis: 48

Nam cùm opulenti loquuntur, pariter atq; ignobiles,
Eadem dicta, eademq; oratio, æqua non æquè valet.

Præterea, ut Venuſinus Vates non invenuſtè cecinit:

Et genus & virtus ſine re vilior alga eſt.

Vulgi quidem inſipientia iſta eſſe dicitur: at tu, qui ſapere ve- 49
lis, veteres Quirites imitare, qui, ut majorem auctoritatem Naſicæ, optimo Conſiliario ſuo, & quaſi civitatis oraculo conciliarent, in populi conſpectu & luce urbis domum idem, in l.2.ff.de orig. §.37.
qua, ſecundum ſplendorem dignitatis, habitaret, in ſacra via 50
dediſſe prædicantur. Idem Imperatores ac Principes plurimi, ut hanc dignitatem opibus etiam & fortunis exornarent, in
ſuis Cancellariis quàm maximè amplificandis ſecuti ſunt, de 51
qua re infra ſuo loco copioſiùs. Sed quid pluribus officii hujus arculas excutimus? Claudamus ſcrinia, neque in opes inquiramus altiùs, & quod Claudius Minos Juriſconſultus, ad Plinianas Epiſtolas, annotatum dedit, illud fini hujus capitis apponamus: *Feliciſſimi principatus*, inquit, *argumentum eſt, cum bonis artibus præditi evehuntur ad honores, & cohoneſtantur dignitatibus, qui digni ſunt.* Cl. Min. in Ep. lib.2. Plin.

CAP. VII.

Felicitas.

ATque hoc quidem acceptum cum elogio nostrum nunc
1 tandem ex omni cœtu lectissimum amplectimur, eique
quàm maximam felicitatem, ad novæ dignitatis ingressum,
auspicatissimè faciendum, à Deo immortali precamur. Eam
2 enim, quæ rerum omnium honestarum prosperitatem atque
successum complectitur, non in manu nostra positum esse, sed
Tull. de nat. à cœlesti munere atq; largitate proficisci, etiam veri Dei igna-
Deor. lib. 3. ri homines, Tullio teste, agnovisse videntur. Non autem navi-
3 gantibus in Oceano magis secundo ventorum flatu, ad por-
tum, quem velint, occupandum, quàm in hoc officio versanti-
bus bona fortunæ gratia, rerumq; ex animi sententia euntium
4 affluxu. Nec enim tot syrtes, & brevia, in vastissimo mari, quot
æstus in hac functione, quot labores atque difficultates, quot
denique discrimina obvenire soleant. Habet enim illa cum
omnibus aulicis conditionibus hoc commune, ut, quemad-
modum fretum, suos quosdam contineat Euripos, in quibus
5 semper æquabilem vitæ servare cursum, non nisi perfectæ erit
felicitatis, ut ipsi quoque aulici ea de re differuisse leguntur.
Quapropter pauciores quoque numerare licet, quorum mo-
numentis inscriptũ illud sit, quod Lamperti, Cancellarii Mar-
6 chici urnæ inscribi potuisse, Hildeshemius testatum, ad Sena-
tum Electoris Brandeburgici, reliquit his verbis: *Erat*, inquit,
quod in aulico admiramur, perpetuò felix, ut citra adulationem tumu-
7 *lo ejus inscribi possit: Felici aulico. Hujus enim*, idem ait, *virtuti sem-*
per subscripsit fortuna, sic volente rerum humanarum curatore Deo
cujus in nos jus antiquissimum est & maximum. Quæ sanè felicitas
cùm in cæteris vitæ gradibus, admodum rara est, tum vel maximè ad-
mira-

mirabilis in homine aulico. Nulla enim tam firma aulicis lex est, quàm 8
quòd nihil in aulis firmum diù permaneat. Ita autem ille in cursu for-
tunæ æquabili perpetuùm servatus est, ut ne ulla quidem insignis ali-
cujus calamitatis macula gloriam ipsius contaminarit. Hæc ille de
eo Cancellario, quem suprà Melanchthoniâ prædictione, ac
veluti quodam hominis doctissimi oraculo, ad hoc officium
pervenisse ostendimus. Cui quidem tum sidera cœlestia, tum 9
omnia elementa, atque adeò totius naturæ favor, & benigni-
tas, plenis quasi phyalis, tanquam ex dolio Jovis illius Homeri-
ci, omnes felicitates affudisse videntur. Eandem verò fortu- 10
nam, atque similes rerum successus, Sylvius perhibuit, Caspari
Slickio, Imperiali Cancellario, antea sæpiùs nominato, obve-
nisse, cujus ea verba leguntur ad Johannem Eichium Juriscon-
sultum & Cancellarium exarata: *Non omnibus*, inquit, *tantum* Sylv. Epist. 166.
arridet fortuna, quantum Cancellario nostri Cæsaris Caspari Sclickio,
quàm vel miranda fati clementia, vel singularis virtus, atq; præstan-
tia, quæ in paucissimis hominibus reperitur apud tres Cæsares inter 11
primores potentem reddidit. Alios verò vix unquam vidimus, in curia 12
successoris, tales esse, quales apud antecessorem fuerant. Sed præcipitari
complurimos ex gradu cernimus, ita, ut quantò prius honoratiores &
potentiores censebantur, tantò exinde debiliores & inhonoratiores 13
fiant, & inimicis gaudio, propinquis & amicis dolori, molestiæ atq; de-
decori. Eadem verò de eadem Slicciana felicitate idem ad alios
quoque admirabundus, scripsisse legitur, qui tamen ipse lon-
gè fortunatior, & quasi ipsius cœcæ Deæ vehiculo, & auriga-
tione, ex iisdem cancellis, ad summum Pontificiæ potestatis, 14
cui omnes sese regiæ tū temporis trabeæ, ac paludamenta Im-
peratoria subjiciebant, paulò post sublatus fuisse cernitur. Su-
periore verò patrum memoria miræ itidem felicitatis in hoc
munere prædicatur fuisse, Christophorus de Croswitz, co-
gnomento Turca, Electoris Mauritii, Saxoniæ Ducis Cancel- 15

Ff 2 larius.

Hild. in d. orat. larius. Referunt in eandem felicium numerum Sigismundum
Seldium, cujus tamen fortuna quàm miserabili exitu fuerit fi-
16 nita, suprà cognovimus: referunt eodem Johannem Bapti-
17 stam Weberum, quem, Imperialis Cancellarii nomine, decre-
tis aliquot publicis subscriptum legimus. Sed & in his, & simi-
libus exemplis, videntur buccinatores ad felicitatem & fortu-
18 nam eam magis spectasse, quæ, uti à Thebanis picta & sculpta
fuisse dicitur, manu sua, Plutum, tanquam ejus mater & nu-
trix, tenet, quamq; vulgus maximè in oculis atque ore ferre so-
let, quando eos inprimis felices atque albæ gallinæ filios, uti in
19 trivio loquuntur, esse censent, qui tanquam divina quadam
virgula, fortunati, & divitiarum atque opum copia undiquaq;
affluere, novoq; rerum domesticarū splendore, ad admiratio-
nem omnium, quàm brevissimo intervallo crescere & assur-
20 gere videantur. Illud enim in suo Slickio potissimùm suspice-
Sylv. Epist. 118. & 110. re, eumq; propterea prosperum & beatum Sylvius prædicare
animadvertitur, tum quòd exemplo priùs inaudito, trium Cæ-
sarum successivè regnantiū Cancellariæ præfuerit, tum quòd
21 in affinitatem ipsius Imperatoris Sigismundi, per illustre Prin-
cipis ac Ducis Silesiorum filiæ matrimonium, pervenerit, tum
quòd denique opulenta aliquot oppida, & ditiones ab Impe-
ratoribus dono acceperit. Idem verè felicitatis genus etiam in
22 Lamperto suo plurimum extollit Hildeshemius, *quòd*, ut ejus
verba sunt, *totius vitæ cursum per omnia similem in eo reperiat, ple-
num dignitatis, plenum bonis atq; fortunis, quæ omnia etiam sæpenu-
merò in invitum fuerint collata.* Admirati eundem rerū prosper-
23 rimū successum homines superiore ætate in Seldio, atq; We-
bero, quorum uterque amplissimas divitias in hoc munere cu-
mulasse feruntur. Celebratur etiam antiquis literis Eginardi
Protonotarii, in aula Caroli Magni, longè celsioribus gradibus
evecta fortuna, cùm gener Imperatoris factus, fundis & præ-
diis

diis plurimis in dotem acceptis collocupletatus esset, relicta ex 24
sese ad posteras ætates perillustri domo & familia. Verùm nos
potiùs hoc loco ad eam felicitatem respicimus, quæ non tam
in compendiis privatis, quàm in communi bono rectè prospe-
req; curando consistit. Nam, quæ in divitiis & possessionibus 25
aggerandis perspicitur, eâ, Tullio teste, etiã venalitarii & mer-
catores omnes Africanos & Lœlios superare videntur. At re-
rum agendarum prudentia cum dexteritate, atque felicitate 26
conjuncta, eò admirabilior esse solet, quò rarior cùm in hoc,
tum in aliis Reipubl. muneribus inveniatur. Nam etsi pru-
dentia ad successum & prosperitatem præferre facem quan- 27
dam, viamq; certam munire videatur: tamen optimo etiam
eorum consilio & rationi eventus ut plurimùm non respon- *Eust. in 2. li. Il. Polit. Misc. c.104.*
dere solet, qui, ut Græci dicebant, ἐν τετράδι γεννηθέντες, *Luna quar-*
ta ad agendas res *nati* habentur. Contrà verò alii ea naturæ be- 28
nignitate ad rerum maximarum susceptiones esse cernuntur,
ut cuicunque negotio manum & mentem admoveant, quàm 29
felicissimè illud, quò velint, promoveant. Agnovit in Cynea
suo eam felicitatem Epirotarum Rex Pirrhus; cujus consilia,
tanquam missilia tela, à scopo, ad quem conversa erant, vix un-
quam animadversa sunt aberrasse. Nihil autem ex omnibus 30
ferè aliis divinis donis existit, quòd magis admirentur, & su-
spiciant mortales in mortalibus, quàm ex animi sententia af- 31
fluentem in rebus omnibus fortunam. Nam, ut gentilis Co- *Plaut. in Pseud.*
micus in socco suo loquitur, *centum doctũm hominum consilia so-*
la hæc devincit Dea. Ex quo videre est, non rarò quoque eorum
hominum, qui nulla literarum cognitione præditi, solo natu-
ræ lumine atque acumine præpollent, in consiliorum & actio- 32
num suarum eventibus, longè fortunatiores apparere, quàm,
qui omnem veteris sapientiæ paginam animo impressam ha-
beant. Ex illo genere, quos Lutherus in explicatione Psalmo- *Luth. in Ps. 101.*

rum, Mirabiles, Germanicè Wundermänner appellavit. Recen-
33 setur ab eodem nobilissimus ea ętate vir, Fabianus de Feilitsch, qui civilium rerum in aula Saxonica Friderici Electoris, sine omni scholasticorum librorum gustu, consultissimus, & consilorum & admirationum omnium felicissimus habitus fuisse
34 numeratur. At idem rarissimū esse id genus hominum in terris, & tanquam nigros olores testatur, quibus ipse Deus earum rerum, ad quas moderandas divinitùs, ut Plato ait, excitati videntur, fortunam atque felicitatem omnem in sinum, atq; in manum immisisse videtur. Quod interdum in universis quoq;
35 gentibus ac nationibus perspicuum est, qui non tam prudentiâ & vitute, quàm sola divina quadam felicitate, ut de Romanis itidem prædicatur, res præclaras & viribus suis majores, perfecerunt. Suprà autem, quantum ad Cancellarii munus pertinet, nasci quosdam felicissimo astro, ad illud quàm dexter-
36 rimè gerendum, exemplis comprobavimus, qui exoptatissimos consiliorum & actionum suarum eventus nullis non in negotiis comites habuisse animadversi. Illis enim cœlum ipsum, id est, Deus opifex cœli, nascentibus tribuit non modò
37 vim singularis acuminis, atque judicii, dexteritatem, verùm etiam prosperitatem, & fortunam, perquàm feliciter, & rebus consulendi, & consulta perficiendi. Atque ista in hanc sententiam de Johanne Heinzenbergero, Ludovici Hassiæ Principis Philippo divini Heroë nati, Cancellario, cujus nomen inter
38 sessores comitiales, Anno 70. Spiræ subsignatum, antecessor meus, Johannes Ferinarius, domesticus olim Philippi Melanchthonis discipulus, scripsisse, & rectè explicasse legitur. Hanc verò in Cancellario maximopere expetendam felicitatem considerasse videtur Academiæ nostræ tum temporis De-
39 canus, Casparus Rudolphi, cùm sub anno 43. superioris centenarii, de Cancellario Johanne Ficino, antea etiam honorificè nomi-

Pl. in Min.

Amm. dis. polit. lib. 12. c. 5.

Ioh. Fer. in ora. de vit. & obit. ejus.

nominato, hæc verba in libro publico suo scripserit: *Postremò,*
quia in rebus humanis nihil est sic auspicatum, nihil ita jucundum ac
lætum, quin subinde interrumpat ὀλοὴ κὴρ *illa Homerica: Tristem hunc* 40
magistratum (Decanatum Academiæ intelligit) *reddit, ac mæ-*
stum mors amplissimi viri, Dn. Iohannis Ficini, summi ταύτης διαλεκτικῆς
Ἀρειοπαγιτικῆς *patroni & conservatoris, imò communis omnium bono-*
rum & doctorum virorum Mecœnatis. Qui cùm primus fuerit Has- 41
siæ Cancellarius, ægrè est secundum habiturus, parem nequaquam, &c.
Decanus noster primùm eum nominavit, cujus tamē constat,
pluribus annis antè, alios eodem officii honore & nomine an-
tecessores fuisse, quod suprà etiam paucis meminimus: at ille 42
non quidem numerum ordinis, sed successionis successum, &
administrationis optimæ rationem intelligere videtur, quòd
videlicet neminem antè sese in eo munere priorem prosperita-
te & felicitate consiliorum atque actionum habuerit, cui qui-
dem rei jure primas, jure secundas, jure tertias, omnes aliæ of- 43
ficii partes debent. In Saxonia eodem tempore floruit trium
ille successivè regnantium Electorum Cancellarius Georgius, 44
sæpiùs itidem nobis virtutis in exemplum adductus, qui non
modò in civilibus negotiis expeditissimus, verùm etiam, ipsis
Theologis testantibus, religionis caussam summa fide & felici- *Chyt. Sax. Chr. lib. 19.*
tate in publicis Imperii conventibus defendit. Easdem verò
res faustè & feliciter prosperéque omnibus evenire optamus, 45
addito eo verbo, quod tanquam oraculum, Ammirati judi- *Scip. Am. dis. d. 6.*
cio, Romanorum ille veterum Camillus, etiam homo veri
Dei nescius, nobis reliquit: *Omnia prosperè evenisse sequentibus* *Liv. lib. 5.*
Deos, adversa spernentibus. Sed satis diu, ut opinor, in delectu
versati sumus. Quem velimus, nacti sumus, cui tantam tamq;
augustam personam Cancellarii imponamus, virum videlicet 46
omnibus numeris, ut censura Budæi est, *gravitatis, constantiæ, seve-* *Bud. ad tit ff. de off. præf. præt.*
ritatis, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, integritatis absolutum,
eun-

eundemq́, undiquaq́, doctum, undiq́, placentem, deniq́, plurimis condimentis humanitatis comitatisq́, severitatem omnium earum rerum commitigantem. Eum itaque summa cum gratulatione in amplissimam curiam, justitiæq́; & æquitatis officinam, *tanquam promum & condum,* ut idem ait, *principalis clementiæ & benignitatis* auspicatissimè deducemus.

∞§(*)§∞

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

De præcipuis officii partibus.



RÆCLARÆ commendationis vox illa est, qua Joachimus Camerarius senior, vir celebratissimę
eruditionis atque virtutis, Hadrianum Albinum,
1 ad Marchicum Cancellariatum proficiscentem, tanquam secundissima aura, prosecutus esse legitur, cùm de eo illud Comicum usurpaverit: *Nihil quicquam tam magnificè de ipso dici posse, quin virtus illud ejus superet.* Eundem verò applausum Morvillerio nostro in eodē itinere dari, ejusq́; comitatum, & satellitium omnibus istis ornamentis & facul-
2 tatibus, quas hactenus expositas dedimus, condecorari, plurimum gaudemus. Reliquum autem est, ut cancellos honorificè ingressuro, commissi muneris partes potiores, per singula genera, explicatas faciamus. Reducemus autem eum primùm omnium ad nominis, quod ei pulcherrimum imposuimus no-
3 tationem. Quid verò ibi? Nomen Cancellarii, de qua re ipsum admo-

Hi. in d. orat.

admoneat, diligenter perpendamus. Ita enim Plato præscri- *Pl. in Soph.*
psit, qui ea nomina maximè bella esse pronunciat, quæ ipso so-
no quemq; sui officii & studii admoneant. Suprà autem Can-
cellarium à cancellando dictum esse, ejusq; verbi vim in hoc 4
munere quàm latissimè patere docui. Primùm itaque secun-
dum nominis sui admonitionem Cancellarius cancellabit, hoc
est, omnia ea, quæ in cancellis publico nomine scribenda sunt,
quę edenda, sancienda, proponenda, ingenio & auctoritate sua 5
gubernabit, reget, diriget; vel ipse aliis exaranda dictabit, vel
etiam manu sua scribet, vel ab aliis concepta recognoscet, per-
videbit, examinabit, emendabit, delebit, inducet, interpolabit,
superscribet, inscribet. Continent autem ista jus & potestatem 6
atque auctoritatem Cancellariæ maximam, quam Budæus in *Bud. ad tit. ff. de off. præf.*
Franciæ Cancellario, explicans: *Munus ejus est*, inquit, *eaq; pri-*
mæ partes sunt, videre, ut nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nul- 7
lum diploma, nullum rescriptum, nulli codicilli regii, non è republica,
atq; etiam è dignitate Reipubl. principaliq; exeant. Quo quidem sen-
su, non video, qua ratione, *quod se vereri*, ait idem auctor, *ut esse* *Idem ibid.*
possit, non maximè dignitati & axiomati tanti officii atque rei 8
nomen Cancellarii sit consentaneum, sed tenuior sit appella-
tio, quàm ut significatum tanti honoris, & dignationem atque
majestatem muneris, ut Gallici secretarii verba sunt, sustinere
& perferre possit. Nam & iisdem partibus antiquum officium 9
illustris Magistri libellorum constitutum fuisse testatur juris *gl. in l. 1. in verb. libellis. C. de off. assess.*
veteris interpretatio. Nec Quæstor ille priscus, cui Cancella-
rius similimus, in eo non diligentissimus fuisse legitur, ut re- 10
scriptorum & dictandorum & scribendorum curam ageret.
Quo quidem studio etiã Galliæ Cancellariũ occupari alii scri- 11
bunt, idemq; de regni sui Cancellario & Vicecancellario affir-
mat Cromerus his verbis: *Diplomatibus*, inquit, *edictis, manda-* 12
tis, Epistolis, & aliis scripturis præsunt. Hoc quoque fructu & fine *Crom. d. lib. 2.*

Poly. lib. 9. hist. Angl. Cancellarii officium primùm institutum in Anglia fuisse à Re-
ge Guilhelmo, Conquestore cognominato, perhibet Polydo-
13 rus, ut in scribarum collegio, cui ille preficeretur tanquam ma-
gister, diplomata, rescripta, mandata, & aliæ literæ regiæ dicta-
14 rentur, scriberentur. Ut autem à cancellando recentioribus
Latinis Cancellarius, sic Græcis ἀπὸ τῶν γραμμάτων, à literis scri-
bendis archigrammateus, de quo suprà, appellatus. Quod no-
men in hac officii parte etiam Alexandri Magni tempore fuis-
Plut. in Eu. se, Plutarchus testis est, qui Eumenem scribit Regis illius Ma-
15 gni Archigrammatea, hoc est, Principem Scribarum, Budæo
interprete, & Xylandro, atque magistrum Cancellariæ fuisse,
quem postea inter successores ejus Cappadocia vidit. Nec ille
ex alia, quàm ex hac dignitate & functione fuisse videtur,
16 quem Livius à Rege Porsena scribit secundum locum tenuis-
se, eodem cultu & ornatu, quo Rex erat, indutum scribam. In
17 hoc itaque cancellandi & scribendi munere diligentia & fides
atq; integritas, de qua suprà copiosè actum est, campum suum
spaciosissimum habent, in quo maxima cum laude & gloria
Luc. de Pen. in rubr. de quæst. & mag. off. versentur. Audiat itaq; hoc loco noster, tanquam gratissimum
celeuma quoddam, laudem Bartoli Jurisconsulti, de quo Lu-
18 cas de Penna scribit, *eum meruisse Cancellariæ dignitatis honorem,
in quo probè se gesserit.* Quantum autem momenti in hac officii
parte positum sit, quantum studii & cautionis, vel ex eo per-
spicuum esse potest, quòd Imperatoris Sigismundi ætate, tota
Germania pervulgatum fuit de quibusdam literis, ex Imperia-
li Cancellaria datis, quæ gravissimam contentionem illam de
19 Ducatu Saxoniæ attinebant. Illas enim injussu suo malaq; fi-
de & scriptas esse & signatas Cæsar affirmabat. Nam cùm ex
illustrissima Alberti Ursi, Marchionis Brandeburgici & Ducis
Saxoniæ posteritate Ericus IV. Dux Laoburgensis, tum tem-
20 poris vehementissimè contenderet, Electoralem Saxoniç Du-
catum

catum ad se, proximo hereditatis jure pertinere, idq; ostensis *Spal. de orig. Duc. Sax.*
literis Imperatoriis, quæ Francofurti ad Mœnum, die Luciæ,
Anno Domini 1414. Cæsaris Sigism. Imperii V. datæ erant, validissimè confirmare niteretur, Cæsar respondit, sibi nihil de 21
iis literis constare, sed eas sine suo consensu esse scriptas, quibus investitura & Ducatus Saxonici & aliorū principatuum, comitatuum & dominatuum continebatur. Falsi verò crimen omne in Cancellarium Passavium, etsi aliorum manu exaratæ literæ essent, conferebatur, cùm præterea Michael de Priest, Protonotarius Cæsaris, juratò testatum faceret, Cancellarii 22
jussu eas esse confectas. Quod quidem homini gravissimæ fraudi fuisset, nisi cùm res ista innotesceret, jampridem ille vivere desiisset. Sed non ille solus in hoc scopulo famæ & existimationis suæ jacturam fecit. Recenseri plures possent, quibus 23
& similiter literæ & lituræ in dignitate hac literaria damno fuerunt. Fugiat itaque id noster, & tanquam à longa litera, abhorreat; memor eorum, quæ suprà de fide boni Cancellarii, uberiore sermone, fuerunt disputata. Tantum autem absit, ut Cancellarius quicquam patiatur ab aliis, contrà quàm jus & 24
æquum est scribi, ut potiùs omnes literas, quas viderit, juri & emolumento publico adversari, ipse manu sua discerpat, dilaceret. Quemadmodum illud Jason copiosè explicans honestissimè suadet, & Baldus idem monens, *ad officium*, inquit, *Cancellarii spectat, ne de Cancellaria Principis exeant literæ male formatæ,* 25 *Iaf. in l. 1. de off. ass.*
imperfectæ minusq; solennes, nedum incommodæ & iniquæ. Idq; potestatis & licentiæ concessum fuisse etiam veteribus libellorum magistris, interpretes antiquitatum probant, ut quicquid per libellos oblatum fuerit, quod minus æquitati & justitiæ congruum esse videbatur, rejecerint & dilacerârint. Se- *gloss. in d. l. 1.* 26
quatur ergo veterem illum candorem noster, & mereri studeat

27 deat illud elogium, quod de boni Cancellarii laude Lucas de Penna allegatum reliquit his versibus:

Luc. de Pen. in l. neminem 64. C. de Decur.

Hic est qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis æqua facit.
Si quid obest populo, vel legibus est inimicum,
Quicquid obest, per eum desinit esse nocens.

Mont. d. tract. nu. 10.

Præterea verò, quemadmodum de officio Cancellarii in Gallia Montanus testatur, idem epistolas & legationes ad Princi-
28 pem directas, ipsi exponit, imò, ut Tolosanus prodit, *per eum legationes audit Rex, & iisdem respondet.* Quod tamen nescio, an ad eum modum, præsertim in splendidioribus missionibus alibi?
29 Polonia Cancellarios, Cromerus quidem scribit *literis, quæ ad Regem mittuntur, & accipiendis & legendis præesse*, nihil autem de audiendis legatis refert. Audit ibi, quemadmodum hoc maximum Principis munus est, Rex ipse externos legatos, quos etiam Marescallus regni, non Cancellarius, in concilium intro-
30 ducit. Sed neque semper illud in Galliæ regno fieri putandum est. Quot enim legationes, tum apud auctorem nostrum, tum apud alios, leguntur à Regibus ipsis auditæ? Respondere autem Principes per Cancellarios, tanquā per ora sua, legationi-
31 bus ad se missis, inter partes officii, nullibi non locorum esse videtur. Quod verò ad Imperii nostri Archicancellarios attinet,
32 ut illi titulos & nomina, sic & officia sua distincta, per diversarum provinciarum Archicancellariatus suos habent. Moguntinus autem per Germaniam Imperii Cancellariam, non nudo titulo, sed maxima dignitate & munere tuetur atque administrat. Ejus verò studium & opera atque auctoritas, uti in gravissimis Imperii negotiis atque consiliis aliis, ita maximè in il-
33 lustrioribus quibusdam partibus, quæ etiam publicarum constitutionum sanctione tenentur, elucescit. Ille enim literas eas, quibus à morte Imperatoris, Suffragatores in collegium Mœni,

Com. in com.

Aur. B. tit. 1.

Mœni, ad electionem novam suscipiendam, convocantur, ut 34
Archicancellarius per nuncios suos emittit. Idem in Comitio
Imperiali nomina legatorũ & deputatorum, qui apud ipsum, *Paurm. de jur.*
ut Archicancellarium, mandatis, ac literis fidei, quas vulgò *lib. 2. c. 2.*
credentiæ appellant, exhibitis, ea profitentur, excipit & anno-
tat. Idem in consessu publico, Electorum & Principum ordi- 35
numq; nomine, Imperatori gratias agit, & ad propositionem
deliberationis factam respondet. Idem consultationis capita 36
Principibus & statibus ad deliberandum distribuit: Idem de-
cretum comitiale ad sententiam conclusam, in conventu pu-
blicè legit. Ad eundem ferè modum Magnus Cancellarius &
Vicecancellarius in Polonia, testante Cromero, dant responsa 37
Regis nomine, & quibus de rebus consilium haberi oporteat, *Crom. d. loc.*
in senatu proponunt. Denique Senatusconsulta, regiaq; & co-
mitialia decreta, atque sententias, literis mandant, & in publi-
cum edunt. Similiter in comitiis Gallicis, affirmante illũd Bo- 38
dino, qui fortè exploratiora ea habuit, quàm Germanica, in *Paur. d. loc.*
quibus describendis, quot verba, tot errores protulisse nota-
tur, Cancellarius singulorum senatorum sententias exigit at- 39
que exquirit, easq; eidem refert, ut eas arbitrio, & voluntate *Bod. lib. 2. de*
non numeret, ut fit in judicum decuriis, sed ponderet: Idem *Rep. c. 1. n. 182.*
postea, quod placeat Regi, renunciat, & pronunciat. Atque ita
quidem, ut summatim dicam, omnia illa veterum scriniorum
munia, quibus magistri præerant, in hodiernum Cancellarium 40
collata esse videntur. Ita enim antiquus Epistolarum magister, *Steph. lib. 3. jur.*
non modò Principum responsa, ad Regum exterorum postu- *c. 11.*
lata, atque preces nationum, facta, vel ipse præsentibus refere-
bat, vel etiam literis comprehensa, & scribis sive mello proxi-
mis dictata, transmitti ad absentes curabat, rescripta, quæ ex 41
Consistorio Principis ad preces civitatum atq; provinciarum
emanabant, conficiebat: præterea etiam causas, & negotia se-

creta in palatio Cæsareo pertractabat. Sic quoque libellorum
42 magister desideria libellis oblata Principi suscipiebat, & eorum postulata facta cognitione expediebat. Audiebant præ-
43 terea magistri scriniorum Principis imago, & vox legum, audiebant custodes disciplinæ, & thesauri famæ publicæ, quòd omnia ea, quæ ad justitiam & æquitatem administrandam, & ad togatam disciplinam moderandam, Principisq; auctoritatem & existimationem in omnibus consiliis & auctoribus ejus conservandam pertinerent, studio suo & officio complecte-
44 rentur. Eadem verò munia ad Cancellarii hodierni munus re-
Mont.de aut. mag.Cons.n 10 feruntur. Nam, ut Montanus Cancellarii notationem, quam à
45 cancellis deducit, scitè explicavit, *quemadmodum per cancellos non obscurè intuemur ea, quæ intra septa continentur, etiamsi januæ patefactione nulla utamur; ita per sui Cancellarii discretionem, & emi-*
46 *nentem literarum scientiam Princeps intelligit cuncta, quæ agenda, quæ cavenda sint, censeturq; juris præsumptione omnem legis cognitionem in scrinio sui pectoris repositam habere.* Bodinus verò Cancel-
Mont.d.tr. n.8. larium Galliæ idcircò domesticæ disciplinæ & judiciorũ Prin-
47 cipem, atque magistratum appellavit, quod ille, quemadmodum suprà ex alio Gallico Consiliario allegatum est, excelso justitiæ tribunali præsit, illudq; moderetur. Quam quidem officii potissimam partem disertè & eleganter Budæus exponens: *Norma est, inquit, omnium jura reddentium, qui in omni fermè par-*
48 *te constituendæ Reipubl. Principis vicem implere, aut certè obtinere creditur. Cujus ore facundi Reges nostris moribus esse solent: cujus oculis velut emissititiis circumspicere omnia, ac perlustrare creduntur, ne*
49 *quid usquam subsultet non suo loco positum: cujus auribus, ut dicitur, perpurgatis plenam ac justam operam postulatoribus dare didicerunt.*
Æm.lib.3.hist. Atque ex illa officii parte Æmylius, scriptor Gallicanæ historiæ, censet Cancellarium Galliæ, verbo Liviano, præfectum ju-
50 ris posse rectissimè appellari, quòd, ut ille olim, qui eo nomine dictus,

dictus, jus & æquum regni, inter alia munera, temperare debeat. Quod quidem officium Cancellarii convenit veteris 51
cum Rhadamanti munere, quem Plato scribit in Minois re- *Pl. in Min.*
gno, hanc Reipubl. curam pro Rege suscepisse, & judicia atque 52
tribunalia rationibus æquissimis rexisse. Asscribunt autē easdem partes suis Cancellariis Poloni: *sunt etiam ii*, Episcopus hi- *Crom. d. lon.*
storicus ait, *cognitores privatarum querimoniarum & provocatio-* 53
num ab urbanis & oppidanis præfectorumq́; judiciis ad regium tribunal devolutarum. Prædicant eodē modo justitiæ administratio- 54
nem de suo Hispani, insigni quidē tot gentiū instituto testante, nihil tam proprium Cancellarii esse debere, quàm æquum bonumq́; omni consilio atque ratione tueri; quod quidem suprà
prolixiùs in loco de justitia explicatum. Atque hanc laudem in 55
officio suo meruit Hospitalius, quem propterea Juris consultissimus vir, Franciscus Hotomannus, *legem custodem in regno Gal-* *Hot. in præfat.*
liæ, & juris antistitem, & summum justitiæ sacerdotem appellavit. *com. in 12 tab.*
Meruit idem gloriæ apud suos Zamoscius, quem non magis 56
armis patriam defendisse, quàm legum observantiâ & securi- *Chyt. lib. 27.*
tate publicâ tuendâ, ipsi senatores, & judices regni, clarissima voce testati esse leguntur: Ipse verò non modò crebrò dicere, sed etiam ad proceres regni scribere solebat, *se in causis cogno-* 57
scendis nihil aliud unquam facturum, quàm quod secundum Deum conscientia & officii autoritas dictaret. Scilicet hoc est verè Can- 58
cellarium esse, quæ etiam causa est, quamobrem in Imperio Germanico ejus Archicancellarius summa summi judicii, quod Cameræ appellamus, inspectio, &, ut loquuntur, Visita- *O d. Cam. p. 1. c. 50 in prin.*
tio ordinaria, quàm unà cum Cæsare perpetuam habet, fuerit *Obr. disp. de*
commendata, ut eam semper & singulis annis diligentissimè *jud. Cam. 309.*
obiret. Sed & similiter de Ducum & Principum Imperii Can- *Laut. de lit. & arm.*
cellariis scribunt, quòd eorum muneris sit verba, nomine magnatum, Dominorum suorum, in publico facere, resq́; ad deliberan-

60 berandum ſtatibus proponendas proponere. Ex qua quidem
Mont.d.lo.n.11. officii parte aſſerunt doctores Cancellarii vocem, Principis eſſe, & ut Gallus de ſuo ſpeciatim ſcribit, Regem ex Cancellario, & Cancellarium ex Rege, aſſeſſores verò Parlamenti nomine curiæ ſuæ loqui. Quod quidem Cancellarii formula, qua in
61 edictis pronunciandis, utitur, clariſſimè arguit. Ille enim his verbis, quæ è conſilio ſuo promulgat, ſua verba ſancit: *Le Roy ordonne*, aut, *le Roy vous dit: Rex ſtatuit, Rex dicit*. Eamq; propriam formulam Cancellariæ eſſe, in qua Cancellarius Magnus regia mandata proferat, teſtatur Toloſanus; Curia verò, ſive Parlamentum hac præfatione utitur: *La Cuor ordonne, Cu-*
62 *ria ſtatuit*, quã neq; aliis judicibus adhibere fas eſt. Honos verò incredibilis, Regis & Principis linguam gerere, imò onus lon-
63 gè graviſſimum! Per linguæ enim lubricum quàm multi ceci-dêre? Quàm multi non labia, ſed labes ſuorum Principum, in
64 hac officii parte inventi? Majeſtatis accuſatus ob eaſdem voces, quas antea oſtenſum eſt Cancellarium Galliæ mandatis
Bod.lib.3.c.6. ſuis præloqui, Pojetus fuiſſe legitur, teſte ejus populari, quod illis abuſus eſſet, cùm Regem dicere ea clamaſſet, quę ille nun-
65 quam cogitaverat. Ita negabat, ut apud auctorem noſtrum eſt,
66 Rex undecimus verbo & ore ſuo uſum Cancellarium Morvillerium. Æternus effrenis oris pudor! Acceidiſſe autem idem Imperiali Cancellario Heldo legimus, qui neque præſentiam
67 ſacræ Majeſtatis veritus, quò minus verba & ſententias eidem affingeret, quarum Imperator negabat, unquam ſibi in men-
Chyt. in Orat. de v.Car. tem veniſſe. Nam cùm fortè Moguntiæ, ejus urbis antiſtes, Albertus Cardinalis, ex illuſtriſſimâ Brennonis familiâ, & Ludovicus Septemvir Palatinus de Germania pace firmanda, cum Cæſare Quinto colloquerentur, Heldus, Imperatoris Caroli
68 aſtantis nomine, Principibus reſpondens: *Cæſarem*, inquit, *qui alia etiam regna magnis ditionibus teneat, decretũm illud, quod in proximè*

xin è habito Augustæ conventu sancitum esset, constituisse adversus hæ-
reticos exequi quàm severissimè, tametsi omnis Germania esset depo-
pulanda. Durissima vox! quam Cæsar continuò verbis gravissi- 69
mis refutans: *Non jussi te*, inquit, *talia dicere: Nolo enim Germa-* *Dr. mill. 6.*
niam vastari, quæ & patria mea est, & à qua summum ego Imperii de-
cus adeptus sum: Imperatoris potiùs est, saluti totius terrarum orbis, 70
omni, qua poterit, ope & opibus, conservandæ consulere. Verbum
sempiterna temporum prædicatione dignissimum! At ô capi-
stro ferreo refrenandam linguæ impotentiã, quæ illustri Prin- 71
cipum ore sua ad mendacia abutitur! Persæ veteres perpetuo *Al. ab Alex. 6. c. 10.*
per omnem ætatem silentio hominem obstringebant, nul-
loq; honore, nullo magistratu dignum habebant, quem in va- 72
nitate sermonum deprehendissent. Eò verò turpius Cancella-
rio falsitatem loqui, quò eidem gloriosius Principis voce rectè
perfungi. Huc itaque ea summatim redeunt omnia, quæ suprà 73
de veritate colenda pluribus monuimus. Præterea verò idem,
qui Principis os est, ejusdem etiam pectus, & cor est, dux & gu-
bernator omnium consiliorum, docente illud summo Juris- *Bart. in rub. de quæst. & mag. off.*
consultorum vertice Bartolo, est idem quasi retinaculum &
frenum, cohibens Principis voluntatem, ne fortè ab honestis
rationibus, & publico emolumento in privatæ utilitatis an- 74
fractum deflectat. Ea verò re Cancellarium scribunt interpre-
tes legum, perpetuò ad Principis latera stare debere, ut, si fortè *Purp. in l. 1. ff. de off. ej. cui mand.*
nutantem ac fluctuantem ejus sententiam animadverterit, fir-
missimis rationibus, & consilio, tanquam suburra quadam, 75
mentem constabiliat. Quod quidem Cancellarii officium et-
iam apud Barbaros ad eum modum institutum esse perspici-
tur. Nam & in Turcicum senatum Cancellarius unà cum qua-
tuor summis bellorum ducibus, quos Bassas vocant, uti Gallis 76
etiam notum est, ingreditur, cùm præter illos, nemini aliorum *Bod. d. loc.*
hominum accessus patescat. Etsi itaque vulgò inter cautiones

78 aulicas atque civiles esse soleat, quod Tullius suasisse filio suo
Cic. 1. off. legitur his verbis: *ad consilium ne accesseris nisi vocatus*: illud tamen ad Cancellarium attinere nullo modo potest, cùm inter necessarias officii hujus partes sit, nunquam nō Principis con-
79 silio interesse. Semper enim ille accersitus, & rogatus venit, qui necessitate & ratione officii sui adest. Quò pertinet illud Prisci verbum, quo Vespasiani interdictum, qui ei curiæ aditum oc-
80 cludebat, excepisse dicitur: *In senatum veniam, quandiu senator ero.* Idem noster usurpet, & nunquam non tempori sese venire arbitretur, cùm rebus communibus consilio opus erit: Veniat
81 noster, etsi de industria non fuerit requisitus, promat bonum consilium, etsi, composita opera, fuerit præteritus, neq; interrogatus: *officio enim*, quæ juris regula est, *nihil oportet esse prius.*
82 Quid verò si eam causam noveris in deliberationē adductum iri, cui inoffensa pietatis & relligionis ratione astipulari nequeas? Multò magis & citiùs adsis, ut pravis sententiis occurrere, & laboranti bonæ causæ quovis modo succurrere possis. Hic verò te admonitum rursus velim earum præceptionum, quas de fortitudine & constantia suprà audivisti: admonitum velim prudentiæ, quæ tanquam in arena versanti, quid tempo-
83 ri & loco, quid cuique causæ & negotio consulto opus sit, suppeditabit. Lampertum suum Hildeshemius scribit Marchiæ suæ Themistoclem propterea nominatum fuisse, quòd in rebus dubiis, etiam subitò & repentè dare consilia potuerit, non
84 quidem tam speciosa, quàm salutaria; quodq; inter cogitandum atque deliberandum plerunque fuerit timidior, cùm omnia ea animo perpenderet, & colligeret, quæ adversari posse videbantur. In agendo autem contrà maximè sese confidentem præstiterit. Esse autem illum optimum Consiliarium, pru-
85 dentissimus in regio Xerxis senatu, Artabanus, apud vetustissimum historicum, ad eandem sententiam disseruit his verbis:

'Ανὴρ

Ἀνὴρ δὲ οὕτω ἂν εἴη ἄριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν ἀρρωδέοι, πᾶν ἐπιλεγόμενος πείσεσθαι χρῆμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη. *Ille*, inquit, *demũ fuerit longe optimus, qui in deliberando rem, quæcunq; secus cadere, atq; evenire possit, timido* 86 *animo omnem secum perpendat, in expediendo autem negotio quàm maximè confidens erit.* In eo autem consultandi modo quàm sæpissimè homines errare Cominæus noster, non uno loco, illustribus exemplis declaravit, cùm plerique contrà primum intueri ea atque expendere aurea statera & amplecti avidissimè solēant, quæ votis & optatis suis atque cupiditatibus quàm 87 maximè arridere & adhinnire videantur. Nihil autẽ est, quod aciem consilii magis perstringat, atque hebetet, quàm privatæ utilitatis species, quam qua ratione modoq; etiam in Principis sui omnibus causis Cancellarius metiri atq; æstimare debeat, Johannis Clotzii Cancellarii versiculus, quem de antecessore *Ioh. Clotz. in* suo Johan. Heinzenbergero scriptum reliquit, documento es- *Eleg. de Heinz. obit.* se potest:

> *Omnia*, inquit, *postposuit vir Principis utilitati,* 88
> *Quæ sivit pietas, juris & ordo sacri.*
> *Scilicet utilitas ea demum vera putanda est,*
> *Quam pietas tribuit, normaq; justitiæ.*

Vt igitur gubernator, referente Hippolyto, *cursum secundum, medicus ægri salutem; Imperator victoriam:* sic Cancellarius gloriam 89 Dei, principisq; sui, & Reipubl. utilitatem sibi proponit, & in eam rem toto animo & studio incumbit. Sed in ea re non rarò à vero hoc fine longissimè aberratur, cùm Principis & Reipub. 90 compendia à se invicem sejunguntur. Quod olim etiam divinus Philosophus monuit, & ex eo optimus officiorum magister: *Qui Reipubl.* inquit, *præsunt, duo Platonis præcepta tenere de-* 91 *bent: unum, ut civium utilitatẽ sic tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum, ut totum corpus Reip. curent, ne cùm partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Vt enim tu-*

tela, sic procuratio Reipubl. ad utilitatem eorum, quibus commissa est, gerenda est. Aureæ literæ, & dignæ, quæ aularum omnium portis incidantur, & in curiis & dicasteriis omnibus ante oculos & ora Consiliariorum habeantur. Non autem illi eò spectant, non hoc quærunt, non id sequuntur, qui cum isto regio Galliæ
92 magistro, subditos, tanquam Phryxi arietes, eorumque opes, non secus, ac oves colchicas habendas esse principibus persuasum volunt. Eâ enim famâ proximis annis, nescio quis, è Gallia nobis innotuit, qui, ut de eo prædicavit Waremundus in eo libro, quem de regni subsidiis ac oneribus subditorum nuperrimè scripsit, multas novas impositiones reperit, Regiq; promisit, se populo, paucorum annorum spacio, tributum, quod cum totius regni precio æquiparandum sit, expressurum. Hoc videlicet verè illud est, quod vetus Tragœdia canit: *Consulere patriæ, parcere civibus, mores regere, reddere orbi quietem, &c.* Appage ad Tantali undas usq; in exilium, cum isto consilio: Audiat noster, quæ contra vates egregiè ad Principem suum Romanum scripserit:

War. de reg. sub. c. 6. n. 19.

93

Claud. ad Hon.

Tu civem, patremq; geras, tu consule cunctis,
Nec tibi, nec tua te moveant, sed publica vota.

94 Nullum enim Principis commodum rectè dici poterit, quod
95 non cum publica re conjunctũ erit. Neq; ullum consilium suscipiet bonus Princeps, quod, etsi privatim videatur utile, vomicam tamen communis boni manifestam ostendat. Legitur autem priscis temporibus insignem infamiam Aterius Capito, ex hac causa contraxisse, *quod*, ut Taciti verba sunt, *humani*
96 *diviniq; juris sciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehonestavisset.* In idem cœnum incidere videntur ii, qui cœnæ aulicæ gratiâ consilii sui vela ad eundem portum convertunt, publi-
97 cumq; bonum à privatis regnantium compendiis turpi quodam divortio separant. At nos nostrum esse malimus in ea re

Tac. An. lib. 3.

Aristi-

Ariſtidis,quàm Themiſtoclis ſimilem. Ille enim etiam alterius *Plut.in Ariſt.*
conſiliũ, quod expedire quàm maximè Reip. videbatur, pro- 98
pterea rejeciſſe atque repudiaſſe prædicatur, quòd minùs ho-
neſtum,minus Rep. dignũ haberetur. Sed & hanc quàm opti-
mè conſulendi, aliasq; hujus officii partes, quæ cum Conſilia-
rio communes ſunt, mittamus, & ad eas veniamus, quæ ad
Cancellarii munus propiùs, ac quaſi propria quadam ratione,
pertinere videntur. Singulatim itaque de ſigillo, ejusq; jure &
uſu, in hoc officio, agemus.

CAP. II.

De Sigillo.

VIdetur autem ab Auguſto, primo Romanorum Cæſare, 1
mos atque conſuetudo Romani Imperii, ad noſtras uſq;
ætates defluxiſſe, ut, quos ſummo honore & fide atque gratia,
ex intimis Conſiliariis, & quidem in hoc officio, Principes
complectantur, iis ſigillum ſuum ad diplomata, & literas ſuas
atque edicta obſignanda committant. Ita enim Imperatorum
princeps, legitur Mecœnati atque Agrippæ eam poteſtatem
tribuiſſe Octavius, de qua re Dio Caſſius expreſsè ſcripſit: *Tan-* 2
tam, inquit, *in omnibus rebus poteſtatem Mecœnati atq; Agrippæ Cæ-*
ſar eo tempore tribuerat, ut literas quaſcunq; ad ſenatum, vel alios mit-
teret, ipſi prius legere poſſent, & ex iis, quæ vellent, immutare; cujus rei 3
cauſa annulum quoq; ab eo acceperant, quo literas obſignarent. Ex quo
quidem perſpicuum eſt, duos iſtos ſummos Cæſaris amicos at-
que Conſiliarios, quorum alter gener ejus erat, ea parte officii
perfunctos eſſe, quæ nunc in Cancellarii munere quàm maxi-
mè eluceſcit. Eum autem morem avitum ſucceſſores Auguſti 4
imitatos eſſe, teſtimonio nobis illuſtri eſſe poteſt, quod Juſti-
nus ex Trogo, de illius patre prodidit, cùm ſcripſerit: *Trogi pa-* *Iuſt.ex Trog. lib.49.*
rentem,

rentem, Trogum Pompejum, Caji Cæsaris in militia meruisse, & epistolarum atq; legationum, nec non annuli Imperatorii curam habuisse.
5 Nihil autem ex omnibus ferè aliis officii aulici generibus est,
6 in quo majoris fidei & amoris argumentum contineri videatur, quàm in annuli atque sigilli commissione. Quod ne quidem Hephestioni suo Alexander Imperator concessisse legi-
Curt. lib. 1. tur, quem tamen unicè & fratris loco diligebat. Nec verò ille,
7 nisi jam animam exhalaturus, cùm etiam vox defecisset, digito suo detraxisse annulum (signatorium putamus) atque Perdiccæ charissimo procerum, tanquam successori ea ipsa re desi-
8 gnato, dedisse cognoscitur, non obscuro argumento, Regem illum Magnum nemini etiam intimorum suorum amicorum fidem sigilli sui concredere voluisse. Quod similiter Magnum
Stur. in Car. M. illum Carolum fecisse accepimus, qui, ut jam antè etiam significatum est, capulo ferri sui, quo assiduè cinctus erat, sigillum
9 regium incluserat, quod æquè ac gladium, in quo custodia animæ erat, nemini tradendum esse existimabat, ratus non mi-
10 norem debere sigilli, in quo omnis existimatio & nomen Principis consisteret, quàm mucronis, in quo corporis tutela posita
11 sit, curam & rationem esse conservandi. Quam quidem Francorum Regis, & Germanorum Imperatoris consuetudinem, miror non attendisse Tolosanum Gallum, cùm *scripserit vix ul-*
Tol. in synt. jur. lib. 47. c. 19. n. 11. *los Principes & monarchas fuisse; qui secum aliquem non habuerint, cui annuli & sigilli sui curam commiserint.* Etsi autem ejus rei vesti-
12 gia etiam in antiquissimis Mosaicæ historiæ monumentis ex-
Gen. 41. tent, cùm, uti Alexander moriens suo amico, ita Rex Ægypti sospes sospiti juveni Josepho, divino somniorum conjectori, annulum dedisse legatur, cum eodem ferè jure & honore, quo
13 Cancellarius hodie regium sigillum obtinet, ut nimirum ejus consiliis, literis & verbis, universus populus obediret, essetque ipse à Rege proximus. Tamen ex eo perspicuum est, quod ibi-
dem

dem detraxisse annulum digito suo Pharao dicatur, veteres Reges ipsos etiam custodes sigilli sui fuisse, tamq; diu illud gestasse, dum aliquem spectatissimę fidei hominem consequi potuerint. Quod etiam annulus Ahasweri, Persarum potentissi- 14
mi Regis, indicare nobis videtur, qui eodem ritu signatorium *Hest.3.*
annulum suum dextræ suæ abstulisse, & Ammoni assentatori, quem sibi fidissimum rebatur, ad consignandum literas regias 15
tribuisse memoratur. Verùm eam nunc esse consuetudinem, qua se etiam Pontifex uti testatur, velut scriptum est *in c. dura 4. de crim. fals.* ut, quemadmodum scriptionem, ita etiam sigillum 16
& obsignationem literarum suarum Cancellariis suis Principes committant, quod copiosiùs explicant interpretes *in c. 2. de fide instr.* *Fel. in d. lo.* Idq; ita jure fieri posse, ut etiam Episcopus personæ fideli sigillum suum committat, quo secundum potestatem sibi concessam, commissiones causarum, citationes, confirma- 17
tiones, & generatim omnia, quæ ei commissa sunt; signare possit, ex Canonicis doctoribus, Innocentius *add c. 2.* docuit, cujus *Bo..dec.287. p.2.* sententia hinc inde ab aliis allegatur & confirmatur. Atque eo *Far. 2 15. n. 14.*
modo tum in Imperio ejusq; Principatibus, tum in omnibus 18
exteris regnis, instituti & moris esse perspicimus, ut hodie eorum sigillum, ejusq; jus & usum Cancellarius teneat. Nam, ut primùm de Imperiali sigillo dicam, quis adeò in rebus communibus hospes, tamq; ignarus publicorum morum, ut nesciat, quibus solennitatibus atq; ceremoniis Imperii Achicancellariis sigillum augustum in publico conventu committa- 19
tur? Quæ quidem res, tanti momenti majoribus visa fuit, ut 20
etiam publicis Imperii sanctionibus ad omnem posteritatis *Aur. B tit. 25.*
observationem comprehenderetur. Ita enim constitutum esse legitur, ut in solenni Imperatoris, cùm, facta mensæ regiæ benedictione, Cæsar accubuerit, Archicancellarii sive duo, sive tres simul affuerint, susceptis ab Imperialis Cancellarii ma- 21
nu si-

nu sigillis Imperatoriis, majore & minore (hoc enim discrimi-
ne illa sunt) alterum eorum, in cujus Archicancellariatu res ea
peragitur, Archicancellarium medium, & in medium, atq; in
Cæsaris conspectum, deducant, simulq; omnes argenteam a-
rundinem, cui insignia appensa sunt, manibus apprehendant,
signaq; delata in mensam, coram Imperatoria majestate, ritè
22 collocent. Posita deinde ad eum modum sigilla Cæsar conti-
nuò Archiepiscopis restituit. Tum verò ille, cujus in Archican-
cellariatu ista fiunt, majus sigillum de collo suspensum, toto
prandii tempore, in cœnaculo regio circumgestat, nec antè se-
23 se eo exuit, quàm ab aula in hospitium fuerit regressus, ex quo
illud Cancellario Imperiali solenniter, per equitem domesti-
cum remittit, equumq;, quo insigne allatum fuit, eidem bene-
24 volentiæ & amoris gratiâ largitur. Atque hoc quidem tam ac-
curatè veterum prudentia eo ritu cõstituit, ut, quantum rei in
sigillorum fide Cancellariis committenda positum esset, cla-
Mont.d.tr.n.8. rissimè significarent. De Galliæ verò sigillo scriptores idem
25 produnt, esse nempe Cancellarii Magni administrationi illud
concessum, quod magnum & authenticum nuncupant, pro-
pterea, quòd sine eo publicis nullis literis regiis fides adhibea-
Bod.lib.3.de tur. Sed & regio sigillo, ut eò illustrius esset, beneficio Divi
Rep.c.5.n.303. Ludovici Regis, munus aliud publicum adjunctum fuit, cùm
26 hereditario jure ordinati fuerint, qui eidem ceram accommo-
Crom.d.l.2. darent. In Polonia verò similiter, teste Cromero, hoc officium
Polon. in potestate sua habet signa regia, & quidem Cancellarius sigil-
27 lum majus, minus verò Vicecancellarius obtinet, tanta aucto-
ritate atq; potentia, ut multa etiam inconsulto Rege signare,
multa, quod suprà etiam innui, rescindere, atque si quæ regni
28 legi ac libertati repugnare videantur, Principi ipsi denegare, ac
penitùs abrogare possint. Verùm non eodem jure Reginæ
29 Cancellarius fruitur, qui tametsi literas ejus nomine scribat, &
easdem

easdem obsignet, literas, aliunde eidem missas, legat, & compellantibus ipsam responsa reddat: attamen sigilli jus gestandi ipse non habet, sed à Domina, quoties necesse habet, utendum accipit, illustri documento, illum nomine quidem, & honoris gratiâ, re ipsa verò Cancellarium non esse, neque publicum si- 30
gillum regni, aut Regis, sed tantùm privatum esse, quo regina in regno isto masculo ad sua negotia utatur, quemadmodum etiam primo libro ea de re disputatum est. Sive itaque Electorum & Ducum, aliorumq; Principum sive Comitum etiam 31
Cancellarii in Imperio fuerint, eodem jure & sigilli gestandi, ejusq; secundum officii rationes exercendi potiuntur. Nam & *Genf. de Turc. reg. lib. 1.*
idem de Turcico Cancellario, quem priori libro nominavimus, scriptores testantur. Maxima medius fidius fides! maxi- 32
ma potestas! quæ non modò in Polonia, aliisq; liberis, & ab arbitrio suffragii pendentibus regnis, verùm etiam in hereditariis atque absolutioribus Imperiis & Principatibus multò li- 33
berius interdum pro officii fide usurpata esse cognoscitur. In Galliæ etenim regnó, quod Bodinus absolutissimum esse persuadere suis popularibus voluit, Michael Hospitalis, antea ali- 34
quoties adductus Cancellarius gravissimus, *privilegia*, ut ipsius *Bod. lib. 1. de Rep. c. 8. n. 87.*
politici scriptoris verba sunt, *sancti Mauri à Carolo IX. Rege concessa, sigillo regio munire obstinato animo, etiam petente Regina, recusavit, propterea, quòd perpetuam tributorum immunitatem continerent, contra naturam privilegiorum, quæ personis tribuuntur, & con-* 35
sequentium Principum potestati præjudicare viderentur. Quod quidem exemplum insigni argumento omnibus in eadem functione constitutis esse potest, ut ex eo perspiciant, qua auctoritate & jure, per sigilli sibi concessi potestatem uti & possint & debeant. In Imperio autem Germanorum, quod libertatis præ- 36
rogativa nulli cedit, quantum quidem ad decreta publica, & comitiales sanctiones attinet, cùm illæ non modò consilio, sed

Ii etiam

37 etiam consensu omnium & singulorum Ordinum ac Statuum
fiant, non eadem ratio obsignationis in omnibus semper habi-
ta fuisse animadvertitur. Nam veteres ad Maximilianum usq;
I. Imperatores, Cæsareo sigillo appenso, vel per Archicancella-
38 rium, vel per Imperialem Cancellarium, cui, ut paulò antè o-
stensum est, Archicancellarii sigillum solenniter remittere so-
lent, sententias & decreta comitialia signare consuevisse vi-
39 dentur. Exemplo Aurea Bulla quarti est, quæ ab hoc signo no-
men traxit, & quam de plenitudine potestatis Imperialis sese
edidisse, Carolus Cæsar ipse affirmat. Idem verò ex Friderici
40 III. reformatione perspicuum est, cujus obsignatio sigillo ma-
jestatis regiæ Francofurti ad Mœnum facta esse legitur. Sigilla-
ta similiter Maximiliani I. Ordinatio, quæ in Vangionum ur-
41 be, Anno 1495. edita, neque aliter constitutio pacis publicę eo-
dem in comitio & anno eodem sancita. Eam enim Archiepi-
scopus Moguntinus Bertholdus, & quidem solus, signavit.
42 Manifesta autem ejus rei ratio subesse perspicitur. Nam, cùm
obligatio illa quædam sit, qua omnes Electores, ac Principes,
ordinesq; sese Imperatoriæ majestati, ad conservationem an-
43 tecedentis ordinationis, & ad excutionem contra violatores
pacis publicæ, devinxerunt, Moguntinus Princeps, tanquam
Elector & Archiepiscopus, non ut Archicancellarius, nomine
omnium statuum ejus rei obsignationem suscepisse videtur.
Quod quidem ex eo apparet, quòd se sigillo proprio usum esse
44 ibidem scribat, cùm contra Archicancellarius, si ratione sui of-
ficii signet, sigillum Imperatorium, quod ipsi à Cæsarea maje-
state commissum est, imprimat. Eadem causa subsignationis
45 in decreto sequente est, cui idcirco tum Imperatoris, tum ejus-
dem Moguntini Pontificis sigillum appositum est, quod & Cę-
sareæ Majestatis, & omnium Electorum ac Principum & ordi-
num certam conventionem, & obligationem de contributio-
ne,

ne, vulgò capitationem vocant, omnium Imperii civium, vernaculo sermone, den gemeynen Pfennig/ contineat. Sed nec ibidem ut Archicancellarius, quemadmodũ tamen alios censuisse, & scripsisse video, verùm ut Elector, & Archiepiscopus, ac 46
Princeps Imperii, loco & nomine reliquorum Moguntinus signavit suo, & quidem Achiepiscopali sigillo. Eidem verò decreto annexa est singularis obligatio Imperatoris, qua sese ille obstringit ad istam contributionem vicissim, post quadriennium, remittendam, quæ, pro ratione causæ, solius Cæsaris sigillo, quod Cancellarius Imperialis tractat, confirmata. Nec e- 47
dicta, quæ sequuntur de blasphemia tollenda, atque de vinis non corrumpendis, & quæ inter utrunq; interjecta est, refor- 48
matio occulti judicii Westphalici, alia auctoritate & signo, quàm mandantis Imperatoriæ majestatis sunt corroborata. Succedit Regimenti (veteris etiam Jurisconsulti Arcadii verbum est) institutio ac ordinatio? Quid ibi signi? quid imaginis? Omnium totius Imperii Ordinum sigilla vides, singulatim appensa. Quæ verò ista rerum novitas? Hic sese libertas status 49
Germanici magis magisq; aperuisse videtur, cùm quæ singuli singulis votis, & suffragiis, in publico conventu, promitterent, quæ sponderent, ut eò firmior obligatio foret, singuli etiã suis 50
sigillis adjectis constabilire voluerint. Quod quidem tum primùm eo pacto ita inter majestatem Imperatoriam, & Electores, ac Principes, cæterosq; Ordines convenisse videtur, ut quę 51
omnium & singulorum consensu constituerentur, etiam eorundem annulos Cæsario sigillo annexos haberent. Atque ea ratio in plerisque Comitiorum consultationibus, & conventionibus, quæ communi obligationis publicæ vinculo confirmatæ sunt, postea fuit hac moderatione observata, ut quidem 52
omnes, & singuli status, consensum suum, & mutuam, inter Cæsarem & ordines factam, obligationem contestatam, subsi-

Panr. de jur. lib. 2. c. 2. n. 33.

l. un. ff. de off. præf. prætor.

gnatis nominibus suis, vel per se, vel per ablegatos facerent, non tamen omnes & singuli sigilla sua apponerent, sed ex singulis ordinibus certi & Electores, & Principes, Comitesq; è ci-
53 vitatibus quoque pars legerentur, qui annulum suum, loco totius sui corporis, adjecta ejus rei expressa mentione, subjicerent. Hinc ordinatio Constantiensis, de Cameræ judicio constituendo, primùm sigillo ejusdem Bertholdi, antistitis Mo-
54 guntini, quod ille tum suo, tum reliquorum collegarum Septemvirorum, nomine apposuit, deinde annulo Archiepiscopi Magdeburgensis, per Germaniam primatis, & proprio ejus & aliorum omnium Ecclesiasticorū principum loco fuit con-
55 signata. Postea verò, suam & omnium aliorum Principum politicorum auctoritatem adjecit, Georgius Palatinus Comes: deniq; suo jure, & Prælatorum omnium vice, subsignavit Henricus Abbas Schussenritensis, suo verò, & Comitum cunctorum nomine, notam addidit Adolphus Comes Nassovicus.
56 Postremò Imperialium omnium municipiorū, suæq; civitatis gratiâ, consules & senatus Augustanus, characterem suum imę ceræ impresserunt. Idem modus in reliquis conventionibus perspicitur, nisi quòd nonnunquam bini ex singulis ordini-
57 bus, suo & aliorum nomine signaverint. Sola verò ordinatio Cameræ, & pacis publicæ repetita constitutio, quam Carolus V. in Vangionum urbe, Anno 1521. renovavit, solius Impera-
58 toris Aquilam sustinet. Quid verò hic causæ? Novo consensu & obligatione, quæ jam ante inter Maximilianum Antecessorem, & status omnes inita iis de rebus fuerat, non opus erat,
59 neque idcirco nova signorum confirmatione. Cæsar itaq; sua auctoritate Imperatoria, per Cancellarium Imperialem, vicissim sancivit atque renovavit ea, quæ totius Imperii jam antè cōfirmata, & sigillis corroborata erant. Ex iis ergò, quæ hactenus ad eum modum ex publicis Imperii rationibus declarata sunt,

ſunt, perſpicuum eſt, neque Cæſareo ſigillo auctoritatis atque
juris quicquam detrahi, neque officium Cancellarii Imperialis
imminui, ſi decretis, quę conſenſu ordinum ſancita ſunt, & ob- 60
ligationibus publicis, majoris ſtabilimenti atque roboris cau-
ſâ, ſtatuum ceræ & imagines ſimul adjiciantur. Nec enim ea 61
ratio eſt, quæ olim in Francia, cùm Caroli VI. Regis literæ,
non ipſius regis, ſed reginæ imaginem referrent, quòd nihil
ille, extra ſeſe conſtitutus, conſenſus & voluntatis haberet.
Sed, ut Bodinus ipſe de veterum Regum prudentiſſimorum Bod.lib.1.de Rep.c.ult.
Galliæ edictis & ſanctionibus teſtatur, quæ ponderis cauſa ap-
ponuntur, aliorum ſigilla, ſigillo regio nihil auctoritatis detra-
hunt. Atque eo modo ille, *exſtant*, inquit, *adhuc ad Dionyſii leges* 62
*Philippi I. ac Ludovici Craſſi, quæ præ ſe ferunt Reginarum, Annæ, in-
ſtam, & Adellæ, tum etiam Roberti & Hugonis nomina ac ſigilla.*
Multò minùs igitur obligatoriis Principum ſigillis tolli aut
impediri conſignationis Cæſareæ libertas & auctoritas pote-
rit, quam Imperator in omnibus aliis literis, edictis, mandatis, 63
conceſſis, privilegiis, atque cæteris negotiis, quę ordinum con-
ſenſum & obligationem non requirunt, per Cancellarios ſuos
fieri pleniſſima auctoritate jubet. His enim, quaſi ſolennibus,
cum verbis, ſigilla veterum etiam Imperatorum literis appo-
nebantur: *ſigilli, vel annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus*, vel,
ut Caroli Magni ſtylus fuiſſe legitur, *de annulo noſtro ſigillari præ-* 64
cepimus. Qua quidem voce, univerſa ſigilli poteſtas, quæ per
Cancellarium exercetur, ad auctoritatem, & majeſtatem Im-
peratoris tota revocatur. Non autem prętereundum eſt, quod
Baldus Juriſconſultus ſcribit, antiquos Imperatores in ſigillis Bald.conſ.278.
circumquaque inſcriptum habuiſſe, his verbis: *Iuſtè judicate*
filii hominum. Quæ ſententia ex Regis Davidis Pſalmo deſum- 65
pta, etiam in gloſſa *auth. de jud.* allegata reperitur. Atque hac
quaſi voce ſigilla ſua prudentes Imperatores uti, & Cancella-

 rios

66 riosalloqui voluerunt, ut meminerint ea, tanquam justitiæ di-
vinæ instrumenta, & sancta signacula, in manibus suis
versari, quæ maximum nefas sit iniquitati & falsitati atque in-
67 juriæ ulli protegendæ adhibere. Quin & sibi ipsis boni Princi-
pes sigilla sua obloqui & refragari voluerunt, ut si quid fortè
aliter, quàm ea, edicerent, nullius momenti hac ipsa ratione
haberentur, quòd divinæ sigilli sententiæ ac jussioni repugna-
Boër.dec.82.p. l.n.1. rent, *essetq; ipse sibi Imperator*, ut Boërius ea de re loquitur, *contra-*
68 *rius, quòd secus in literis consignatis scriberet, quàm sigillum præcipe-*
ret. Nec monimentum validiùs ad integritatē officii munien-
dam Cancellariis esse potuit, cùm ad sigilli sui mandatū omnia
ea, quæ literis & signis confirmare juberentur, antea confer-
69 rent, & tanquam Lydium ad lapidem, examinarent, nihilque
omninò signandum susciperent, quod cum Imperatorii annu-
li præcepto non conveniret. Propterea verò, antiquo isto, an-
tea memorato, ritu, ad pectus usque de collo suspensum, sigil-
70 lum Imperiale ab Archicancellariis in publico conventu ge-
Aur.Bull. t.25. statur, ut hac illi ceremonia admoneantur, nihil eo signari, ni-
hil confirmari debere, nisi, quod intimo cordis sinu comple-
xum, atque totius animi sententia ratum & comprobatum
habere, quodq; nunquam refutatum, nunquam retractatum
71 ullo modo velint. Nihil enim indignius etiam in privatis scri-
pturis, quàm sigilli impressi auctoritatem infringere, fucumq;
earum rerum prostituere, quas nomine & charactere tuo mu-
nieris. Quod quidem tantæ turpitudini atq; pudori veteribus
72 Germanorum visum est, ut inter extrema opprobria habitum
fuerit, si quis sigilli sui fide non stetisset. Quocirca inter articu-
Rix.in Torn. los equestris nobilitatis relatum esse legitur, ne, si quis fortè si-
73 gilli fracti insimulatus esset, ad honores militaris exercitii,
quod Torneamentum appellarunt, admitteretur. Quod qui-
Sp.p.2.Spind. dem illustri documento extitit, nihil tam sanctè in omni ætate
servan-

servandum esse, homini præsertim nobili, quàm fidem earum 74
rerum, quas annulo suo & signo à majoribus accepto confirmasset. Quod etiam per imaginem mutam, ut de Lentuli sigillo Cicero oravit, revocare quemq; debet ab iis literis, & tabulis consignandis, quæ ruborem & detrimentũ afferre aliquando possent. Quàm verò periculosum sit scripturæ vacuas, pu- Cic.in Cat.3.
rasq; chartas sigillo consignatas, & tradere alteri, & ab altero 75
accipere, exemplo nobis est Britanniæ Ducis Procancellarius ille apud Cominæum nostrum, qui legitur ejusmodi schedas Com.lib.1.com.
sui Principis sigillo impressas habuisse, quibus, etsi valeret ingenio, non tamen ita uti potuit, quò minus in maximam indignationem & periculum non semel inciderit. Quanquã enim nonnullus earum literarum usus in legationibus quibusdam esse possit, quemadmodum illud alibi librorum meorum explicatum dedi, tamẽ inconsultum est illud temerè foris, & qui- leg.nost.lib.2. c.1. 76
dem in incerta rerum agitatione, nedum domi in negotiis publicis fieri. Nam tametsi, Baldo interprete, etiam Notarius, 77
cui, cùm ad Principem missus sit, de re aliqua conficienda, alba charta, cum Universitatis sigillo tradita est, nihil aliud scribere possit, & debeat, quàm quod tum natura negotii, tum volun- 78
tas civitatis, à qua ablegatus est, ferre videatur: tamen plurimum fuci, & doli, tanquam aliquo Gygis annulo, in literis eo modo committi posse, sæpiùs compertum experientia fuisse legitur. Minus verò desipientiæ esse videtur, cum isto apud Herodotum Polycrate, preciosissimum Smaragdum in Ocea- 79
ni fluctus abjicere, quàm, qua fide, & diligentia Reipubl. sigillum in cancellis & curiis pertractetur, insuper habere. In eo enim custodia maxima omnium opum & facultatum, in eo 80
justitiæ & publicæ fidei atq; auctoritatis conservatio, in ea veritatis & constantiæ munimentum situm est. Quod quidem 81
Ludovicus XI. Galliæ Rex, etiam in supremo vitæ halitu, cùm jam

Com. li. 9. com. jam ex regni scena discedendum sibi esse animadverteret, animo secum perpendisse legitur. Inter alia enim, quæ successori suo filio, quàm diligentissimè provisa, & inprimis commendata esse volebat, sigilla regni eidem per Cancellarium mittebat,
82 mandato prudentissimoq; monitu addito, quæ cura, & quàm circumspecta ratio eorum per universi Imperii cursum esset
83 habenda. Est autem rebus & Imperiis nihil indignius, quàm de *Polyb. lib. 3. Bod. lib. 5. de Rep. c. ult.* sigillis eorum idem prædicari, quod Polybius, atque ex eo Bodinus de veterum Græcorum fide proditum reliquit, cùm scripserit, Græcis, si vel centum numos aureos mutuo acciperent, auctuariis publicis decem, sigillis viginti opus fuisse, neque tamen propterea eos fidem colere potuisse. Contrà verò nihil
84 celsitudini & auctoritati principatuum atque regnorum accommodatius, quàm quod idem de Romanis homo Græcus testatum dedit, ad eorum fidem astringendam etiam unum
85 verbum sufficere. Quod quidem eodem modo de Germanorum majoribus, quàm rectissimè scriptores celebrarunt, quorum nuda promissa verborumq; obligationes pro sigillorum confirmatione fuerunt. Ex quo multorum Caroli Magni & veterum etiam aliorum Imperatorum literas videre est, rariùs
86 nec nisi majoris momenti, atque causæ, sigillo esse corroboratas, sed tantùm certa nota & charactere quodam, quemadmodum hodie notariorum signa esse solent, insignitas. At nostra *Cic. lib. 16. Epist. fam. ad Tyr.* ætas ceræ & signi sui magis prodiga, cum Tullii matre, quemadmodum ipse de ea hoc protulit, inanes quoque lagenas ob-
87 signare videtur. Sed quid rem istam pluribus? Morvillerius noster, sigillis ex collo suo suspensis, subscriptioni manum admovebit.

CAP. III.

De ſubſcriptionibus & recognitionibus.

NON autem ſubſcriptio minoris firmamenti atq; roboris, 1
quàm ſubſignatio eſſe videtur, ex quo etiam ſubſignare, *l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign.*
docente Juriſconſulto Paulo, ſimpliciter eſt ſubſcribere, Bu- *Paul. l. 38. ff. de*
dæo verò interprete, ſubſcribere idem eſt, quod ratum habere, *V. S.*
confirmare literas, idemq; ſentire. Quapropter illud juris eſt, 2
ut qui chirographo ſubſcribat, illudq; ſubſignet, eo ipſo ſeſe
obliget & obſtringat, non ſecus, ac ſi illud manu ſua ipſe ſcri- *Alc. d. l. 39.*
pſerit, indeque ſubſcriptionis verbum pro obligatione accipi,
doctores tradunt. Nec verò alio jure Cancellarii ſubſcriptio 3
teneri videtur, qui tametſi alterius manu exarata ſint ea, quæ
ſubſcriptione ſua notavit, hoc ipſo tamen, quod ſubſcripſerit,
totam ſcripturam ejusq; ſententiam comprobaſſe, & pro ſua
agnoviſſe judicatur: *Ea enim vis ſubſcriptionis exiſtit*, quemad- *Idem ad l. cum ſtipulamur 125.*
modum idem interpres exclamat, *ut non modò omnia ſuprà ſcri-* *ff. de verb. ſign.*
pta approbata & confirmata, verùm etiam propria manu ſubſcribentis 4
eſſe facta cenſeantur. Quocirca ſubſcriptionis cauſa plus videtur
in perſonam vinculi, & obligationis afferre Cancellario, quàm 5
conſignatio. Tametſi enim utraque juſſu, & mandato, & pro-
pter rationem officii fiat, per alteram tamen, quæ non proprio,
ſed Principis ſigillo perficitur, non quidem ejus, qui operam &
miniſterium obſignationi præbuit, verùm illius, cujus auctori- 6
tatem, & nomen ſigillum complectitur, fides ad perpetuā con-
ſtantiam, & firmitudinem ſcripturæ devincitur. Subſcriptio
autem nomine & manu propria peragitur, atque idcircò non 7
modò approbationem, ſed etiam propriæ manus ſcriptionem
propiore quodam nexu, & jure obſtrictam atque obligatam
tenet. Niſi fortè velis dicere eum non aliter, quàm vel nota- 8

l. 34. ff. de leg. 2. & ibi Dd. rium & tabellionem, vel ut testem, subscripsisse, qui neq; ideò scripturam scripsisse, neque sese ad quicquam aliud, quàm ad *l. 6. C. de fideic.* actæ rei probationem obligasse censetur, cui neque officium *l. 24. C. si cert. pet.* suum, quod partibus præstat, fraudi & damno esse debeat. Verùm longè alia ratio subscribentis Cancellarii esse videtur, qui,
9 ut antea diximus, cor, oculus & manus Principis sui nominatur, qui moderari, & regere in rebus civilibus, & togatis, omnia consilia & actiones, omnia arcana regii pectoris explorata habere, & veluti gubernator, ab omnibus scopulis, & syrtibus navim avertere, ita regnantis impetum flectere debet. Non po-
10 test itaque ille non contra officii sui rationes impingere, seque fraude & dolo astringere, videri, qui subscriptionem & comprobationem, atque auctoritatem suam iis rebus accommodat, quas, quantum in ipso est, neq; ullo modo scribi, neq; sub-
11 scribi oportebat. Hoc enim boni Principes quasi frenum quoddam potestatis suæ esse voluerunt, ut quæcunque sub nomine & sigillo suo scriberentur, præsertim ea, quæ inverecunda quadam, ut Cæsares ipsi conquesti esse leguntur, petentium inhiatione obreptitiò impetrari possent, antea à Can-
12 cellariis recognoscerentur, & diligentissimè perviderentur, recognita, & approbata simul ab iisdem subscriberentur. Qua quidem simili ratione & consilio veteres Christianæ pietatis
l. 8. C. de legib. Cæsares etiam sanxisse legimus, ut nihil sine consensu prudentissimorũ suorum Consiliariorum promulgaretur, quod for-
13 mam generalem, & legibus antiquis non insertam exposceret, quandoquidem, ut eorum verba sunt, *benè cognoscerent id, & ad beatitudinẽ Imperii, & ad gloriam suam redundare, quod quàm optimè prudentum consilio ita esset ordinatum.* Quamobrem à primis Francicis usq; Regibus hæc consuetudo in Imperio fuisse ap-
14 paret, ut non modò ipsi Principes manu sua id genus literas notarent, sed etiam eorum Cancellarius nomen suum iisdem

sub-

subscriberet, seq; recognovisse eas expressè testaretur. Illud
enim verbum in priscis literis frequentissimè occurrit, & qua- 15
si proprium Cancellariorum existit. Leguntur autem hac clau-
sula diplomata donationum, privilegiorum, immunitatum à
Carolo Magno permulta relicta, *hæc auctoritas*, inquit, *firmior ut* 16
habeatur, vel, per tempora melius servetur, manu propria subter fir-
mavimus, & de annulo nostro sigillari jussimus. Hîc in fine adje-
ctum est nomen, & verbum Cancellarii. *Wittigovo recognovi.*
Item alibi: *Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per tempora*
melius conservetur, manu propria subter decrevimus roborare, & de 17
annulo nostro sigillari præcepimus. Claudit eas literas subscriptio-
ne sua Vicecancellarius: *Rado, ad vicē Rudberti recognovi.* Et alibi
in ejusdem literis: *Giltbertus ad vicem Radonis recognovi.* Eodem
modo recognitas esse Ludovici filii successoris literas cogno- 18
scimus. Ita enim illæ: *Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ per cur-*
ricula annorum inviolabilem atq; inconvulsam perpetuò obtineat fir-
mitatem, & à fidelibus nostris, tam præsentibus, quàm futuris, seu etiā
à successoribus nostris à nobis facta veriùs certiusq; credatur, eam ma-
nu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signari jus-
simus. His nomen & verbum accedit Cancellarii. *Halisachar re-*
cognovi, &c. Eadem Imperatoriæ subscriptionis, & recognitio- 19
nis per Cancellarium factæ ratio, in Ottonis I. Cæsaris literis,
cùm ad Saxones clavus Reipubl. Romanæ pervenisset, obser-
vata fuisse perspicitur. Illarum enim confirmatio his verbis
concepta extat: *Et ut hoc auctoritatis nostræ præceptum firmum, &*
stabile permaneat, annuli nostri impressione signari jussimus, & manu
propria subter firmavimus. Ludolfus Cancell. ad vicem Brunonis Ar- 20
chicapellani recognovi. Hæc itaq; & alia id genus plurima succes-
sorum Imperatorum scripta documento nobis sunt, antiquæ
fidei, & diligentiæ, cùm tantam curā veteres Principes decre- 21
tis, cōcessis, edictis, atq; indultis suis corroborandis adhibuisse

videamus, ut non modò ea firmissimis sigillorum munimentis, atq; inscriptionum suarum momentis validissimè constabilierint, sed & præterea accuratæ recognitionis aciem per Cancellarii industriam exercuerint. Incredibilis profectò navitas! quantum enim occupationis atque tædii in solo subscribendi officio situm sit, nobis ille aperuisse aliquo modo videtur, qui è solio regni sui concionari solebat,
22 tur, qui è solio regni sui concionari solebat, *se certò scire, neminem mortalium fore, qui, si exploratum haberet, quantum studii & laboris atq; molestiæ solus* subscriptionum labor rectè imperantibus afferret, fasciam regalem in medio positam, Imperiiq; insignia & honores vel extremis digitis esset apprehensurus. Ita certè esse nemo prudentum negabit? Quis enim non in-
23 telligit maximam ætatis partem, si eâ, qua par est, diligentiâ subscriptiones potentissimorum Regum & Principum fiant, earum occupationibus esse impendendam? Non itaque sine
...ur. in Imp. causa mirari posses Henrici IV. Imperat. subscriptiones, quas
24 ille eadem manu, quâ victoriosum gladium in sexaginta quatuor præliis cruentissimis vibravit, literis suis apposuisse eodem stylo & filo legitur. Sic enim illius diplomata loquuntur:
Freh. tom. 1. rer. Ger. *Et ut hæc nostra auctoritas stabilis & inconvulsa permaneat, hoc præ-*
25 *ceptum inde conscriptum manu propria confirmantes sigilli nostri jussimus impressione insigniri:* huic formulæ similiter Vicecancellarii recognitio subscribitur, *Sigehardus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarii recognovi.* Sed tamen, ut plurimùm in hac re contingere solet, ut, quod in Hadriano Imp. correptum & correctum etiam fœmineâ prudentiâ esse scribitur, nō modò non intellectis, sed illectis etiam libellis Principum manu subscri-
26 batur. Atqui ad ea, quæ inde exoriri possunt incommoda declinanda, recognitionis remedium accessit, quæ in Cancellarii
27 fide & industria consistit. Est enim illud verbum singularis studii & diligentiæ, atque assiduitatis, neque aliud recognoscere, quàm

quàm iterum atque iterum pervidere penitusq; cognoscere, & intelligere significat, quemadmodum ex pluribus Tullii locis observatu proclive. *Tull. lib. Fam. 11 Ep. 12. Or. 2. Ver. & pro Deiot.* Illa autem Cancellariorum recognitio, non dicis gratiâ, aut nudæ testificationis ergò, fieri putanda, sed maximè huic negotio necessaria est, ne fortè boni Principes, 28 ut triga Imperatorum rescripsit, nō concedenda importunis flagitatoribus tribuant, neve quicquam contra id, quod æquum, & legibus, ac pietati & Reipub. commodo consentaneum est, scribatur, confirmetur. *Grat. Val. Theod. l. 1. C de pet. bon. subl.* Eadem autem vis & ratio ejus verbi est, quo hodie utuntur, cùm se revidisse scribant. 29
Quod etiam in cancellis Galliæ usitatum esse, prodit Tolosanus, ut regiis literis adjiciatur per Cancellarium hoc vocabulum, VISA, cum subscriptione, quæ quidem semper revisionem sive recognitionem sibi præsumit. *Greg. d. loc.* Nec enim quisquam creditur iis codicillis & literis, quas non legerit, recteque perpenderit, subscripsisse. *l. 2. ff ad SC. Maced. Alc. ind. l. 126. §. 2. ff de V. O. Boer. d. ad. n. 10.* Subscribit autem Cancellarius Magnus Galliæ, annotante Boërio, non nisi certis literarum & causarum generibus, ut sunt remissiones, sive, ut explicat Tolosanus, 30 abolitiones criminum, gratiæ, legitimationes, donationes, & id genus alia privilegia atque immunitates. *Tol. d. lib. 49. c. 29. n. 27.* Sunt autem in omnibus aliis dicasteriis & curiis per regni provincias sigilla, 31 sunt eorum custodes, sunt secretarii, tum in aliis, tum in magna illa Cancellaria, qui subscriptionis munere fungantur, & vices ac munia pro Cancellario magno impleant. *Tol. ibid. n. 26.* Ad eum enim ejusq; officium reliquorum omniū adminicula & operæ cunctæ referuntur. Quod autem ad hodiernum usum subscriptionum in Imperio attinet, eodem modo diplomata Cæsarea, privilegia, concessa, indulta, beneficia, & similia, non tantùm sigil- 32 li Imperatorii auctoritate muniuntur, verùm etiā manu propria Cæsaris subscribuntur. Quod quidem in clausula expressis verbis solet præscribi hoc modo: *Id, quod hoc diplomate, manu*

33 *nostra subscripto, & Cæsarei sigilli impressione munito confirmamus:*
vel brevius: *Harum testimonio literarum manus nostræ subscriptio-
ne ac sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.* Vidi tamen privi-
legia nonnulla ab augustissimo memor. Rudolpho II. subscri-
34 pta, in quorum clausula duntaxat sigilli, non itidem subscri-
ptionis mentio erat. Quod etiam in perantiquis quibusdam
diplomatibus observavi. Ita enim Henricus IV. claudit eas li-
teras, quas Guntherius vice Aribonis Archicapellani reco-
35 gnovit, datas in regia villa Triburia, anno Christi 1123. *Et ut hæc
constitutio stabilis, inconvulsaq́; permaneat, sigilli nostri impressione
chartam hanc insigniri jussimus.* Præterea autem Imperatoriæ
subscriptioni subjici solent aliæ, quarum altera Vicecancellarii
Imperialis, altera Secretarii aut Consiliarii interioris Cæsarei.
36 Ille vice ac nomine reverendissimi Archicancellarii Moguntì-
ni: alter ad mandatum proprium Cæsareæ Majestatis subscri-
bit. Quod verò decreta, & comitialia conventa attinet, alia at-
37 que alia subscriptionum ratio aliis atque aliis temporibus per-
spicitur esse observata. Quarti enim Bulla subscriptionem, uti
excusa exemplaria ostendunt, nullam habet: caret eâdem sub-
38 sequens tertii Reformatio: caret successoris primi Ordinatio
prima: caret secunda: caret itidem tertia, quæ est de pacis pu-
blicæ executione. Sed tamen in ea primùm novus modus ob-
ligationis & testificationis occurrit, qua nominatim Ordines
39 Imperii sese devinxerunt ad constitutionem servandam, dein-
de contestati sunt, consilio & consensu suo ordinationẽ istam
esse factã. Verùm illa singularis appendicula est, & à priori con-
stitutione separatim consignata, uti priore capite declaratum
est, Moguntino sigillo. Constitutio autem, sejunctim Imperia-
lem notam tenet. In neutra verò subscriptionis character cer-
40 nitur. Nec, quod sequitur, statuto de communi contributione
nomen ullum subscriptum, sed rursum novo quodam modo,
tum

Fr. tom. rer. Ger. in Chr. Laur.

tum Imperatoris Maximiliani, tum Electorum & Principum tam Ecclesiasticorum, quàm secularium nomina præscripta, ad contestandum consensum & obligationem eorū, de statuti promulgatione; quæ & Cæsaris & Archicancellarii Moguntini sigillo obsignata. Huic, ad formam prioris, separatim itidem annexa est obligatio Cæsaris, de quadriennii remissione. Neq; verò deinceps, in omnibus Maximiliani constitutionibus & ordinationibus, subscriptio ulla sub fine literarum offenditur. 41
In Regimenti autē ordinatione, quæ inprimis Quinti Comitiis constituta est, prima subscriptio Imperatoris Caroli, & ad ejus mandatum proprium Alberti, Card. Mog. Archicancellarii extat. Quæ ratio in succedentibus aliquot constitutionibus, ad eundem modum, retenta esse perspicitur. Sed eadem tamen vicissim intermissa ad Augustanam usq; conventionem anni trigesimi. Quid verò ibi? Priori Imperatoris & Archicancellarii accessit Alexandri Sweissii subscriptio. In reliquis ad Wormatiense usq; decretum, anni quadragesimi quinti, finis omni nomine vacuus. At illud Carolus solus sui nominis inscriptione subsignavit; subsignavit idem solus sequentis anni eodem in loco habitam conventionem. In Augustana verò subscriptione anni 48. cùm eodem legitur Sebastianus, Archiepiscopus Mog. per Germaniam Archicancellarius. In ejusdem loci & anni Ordinatione Politica, cum iisdem Johan. Oberburger. Eodem modo, Ulricus Zasius Vicecancellarius, unà cum Maximiliano II. & Daniele Archepiscopo, Augustanæ constitutioni ann. 66. subscriptus. Atque cum iisdem & Imperatore, & Archicancellario Zasii successor Johan. Baptista Weber, in Spirensi conventu an. 70. Sed & idem, infra Imperatorem eundem, Politicæ Ordinationi Ratisbonensi sese subscripsit, cum Erstenbergero. Quo ordine infra Rudolfum Imper. II. Sigismundus Vicheuser, & idem Erstenberger, in ordinatione Politica,

tica, eodem loco ſancita ſubſcripti reperiuntur. At cur tam va-
47 riè, quæris? Quod priores attinet, quorum decreta ſubſcri-
ptionibus vacant, fortè illi, pro conſuetudine morum & tem-
porum, non opus eſſe putarunt, ut iis, quæ ſigilli ſui robore
confirmaſſent, pondus ſubſcriptionis adjiceretur, rati indi-
gnum eſſe fide priſca ſeculi ſui, ſuperflua comprobatione one-
rari. Atque illud etiam in aliis id ætatis Principum literis & di-
48 plomatibus videre eſt, quæ duntaxat ſigillis, omiſſa ſubſcri-
ptione nominis, quod in præſcriptione ponitur, confirmata
prodierunt. Qua quidem ratione etiã poſt reductam in uſum
ſubſcriptionem, tempore Quinti, ejusq; ſucceſſorum, multa
49 decreta ſine ſubnotatione iſta emanarunt. Nam & Rudolphi
proximi tria proxima comitia ejuſdem ſubſcriptionis ſolenni-
tate deſtituuntur. Niſi fortè in authenticis & originalibus, ut
vocant, ſcripturis manus exiſtat, quæ typorum-incuria, aut
ignorantia omiſſa. Non autem exiſtimandum eſt jus & con-
50 ſuetudinem ſubſcriptionum, ætate Quinti, ſine graviſſima
cauſa eſſe ad exemplum vetuſtiorum Cæſarum, quorum ſi-
gna & manus paulò antè in medium attulimus, quaſi poſtli-
miniò revocatam. Nam tametſi propter legitimas conſen-
ſus & obligationis cauſas, ut ſuprà declaratum eſt, omnium
ordinum nominatim & viritim expreſſa arbitria, tum etiam
51 ſigilla, quæ tributim appenduntur, in conventionum & decre-
torũ clauſulas unà conferantur, ſummæ tamen auctoritatis &
confirmationis loco eſt, quod Imperator univerſum comitio-
rum actum, quemadmodum præſcriptione majeſtatis & titu-
li ſui auguſtiſſimè auſpicatus eſt, ita viciſſim nominis ſui ſub-
ſcriptione perficiat, concludat & confirmet. Quid verò ſub-
ſcriptiones cæteræ? Moguntina manus, quæ idem decretum
52 ſigillo ſuo confirmavit, eidem ſubſcripſit: Rectè. Sigillum Ele-
ctoris eſt, quo & collegarum nomine ſignavit: calamus verò,

quo

quo ſubſcripſit, ad officium Archicancellarii pertinet. Quo
verò uſu, quo fructu & fine illud olim & nunc fiat, & fieri de-
beat, jam antè declaratum eſt. Sed neque ſubſcriptio, quæ ad
mandatum proprium Cæſareæ majeſt. ſubjungitur, ſummæ
poteſtati, ad quam ſubſcriptionis jus unicè pertinet, auctorita- 53
tis quicquam ſubtrahit, ſed confirmat potiùs eandem, & au-
get, atque ſummoperè illuſtrat. Tantò enim quiſq; potentior
& celſior majorq; habetur, quò, teſte ipſo Imperatore, majo- *Auth.N. v.15. in præf. D.d. ibid.*
res atque illuſtriores ilii ſunt, qui mandata & juſſa ejus ſuſci-
piunt. Referenda autem illa verba mandati ſunt ad ordina- 54
rium Arcicancellarii officium, quæ etſi interdum, ut in Augu-
ſtana ſubſcriptione, Anno 66. & in Spirenſi, anno 70. non ex-
preſsè addita ſint, ſemper tamen ſubintelligenda erunt. Eo-
dem verò refertur Vicecancellarii manus, quæ vices Archi- 55
cancellarii ſui ſuſcipit & explet. Quo nomine Ja. Jonam, Ra-
tiſbonenſi decreto, An. 57. ſubſcriptum, unà cum Cæſare Fer-
dinando leges: leges eundem ſubſequentis in Spirenſis con-
ventus ſubſignatione, leges cum eodem Imperatore Johan.
Bapt. Weberum, in Auguſtano, anni ſexageſimi quarti: leges 56
alibi alios, loco Archicancellarii ſubſcriptos. Quorſum verò
Zaſium noſtrum referemus, quem etiam ſuprà oſtendimus,
videri loco non ſuo conſiſtere, in Auguſtana, anni ſexageſimi
ſexti ſubſcriptione? Quid ita verò? Ipſe Archicancellarius
cum Cæſare ibidem ſubſcripſit. Non itaque ullus ibidem Vi- 57
cario locus. Se tamen ille infra eundem nomine Vicecancella-
rii appoſuit. Sed eodem modo Weberum legis, in anno 70.
Spirenſi: legis Hallerum alibi eodem loco: legis Erſtenberge-
rum, & plures. Quid rei? Speciali mandato Cæſaris recogni- 58
tionem & reviſionem illi ſuſceperunt, quam factam eſſe ſua
ſubſcriptione teſtantur. Ita enim Zaſius: *V. Vlrich Zaſius D. Vi-
cecancel.* Ita iiſdem notis Weberus. Atque illud officium non

 modò

modò Vicecancellariis, ſed etiam Secretariis, & Conſiliariis
59 primariis, eadem ratione impoſitum fuiſſe, ex aliis ſimilibus ſubſignationibus advertere licet. Etſi itaque unius quidem paginæ ſint, non tamen unius generis ſubſcriptiones eſſe vides. Cæſarei enim nominis auctoritatem pro ſummo pondere primùm agnoſcis, à quo totius rei maximum momentum dependet,
60 perſpicis deinde conſilii, approbationis, honoris officiique rationes, ex ſubſcriptione Archicancellarii. Denique recognitionis ſtudium, diligentiam collationis, attentionem reviſionis, in hac, de qua poſtremò egimus, ſubſignatione intelligis. Optima profectò juſtitiæ & fidei tuendæ ratio! quam primi illi inſtauratores Imperii, proculdubio à majoribus ſuis acceptam
61 per longiſſima ætatum ſpacia reliquerunt. Contrà verò barbara Principis Moſcovorum gravitas, imò tyrannicus faſtus & inſolentia, quem ne ullas quidem ad Principes exteros, nedum ad ſubditos, miſſas literas ſua manu ſubſcribere ferunt;
62 multò minùs verò aliunde ſibi allatas manu ſua ſuſcipere. Præſtiterit autem illud malluvium, quod idem, quoties legatos externos admittit, juxta ſeſe aquis impletum poſitum habere ſolet, ut dextram aliorum contactu, uti ſibi ipſe perſuadet, fœdatam,
63 continuò rurſum abluat, huic etiam negotio, ſi fortè manus ſordes literarum refugiat, perpetuò inſervire. Sed nos barbaris barbariem ſuam relinquamus, & manu de tabula, quod ajunt, ſublata, ad ea, quæ ſupereſſe videntur, curſum noſtrum incitemus.

Chyt. in Moſc. lib. 1. Chr. Sax.

Heid. lib. 1. de bell. Moſc.

CAP. IV.

Laborum & honorum compenſatio.

1 QUorſum verò ulterius? an fortè ad lapides Siſyphi? Quin potiùs paulìſper acquieſcimus, & uti Democritus olim dici-

dicitur juvenis Protagoræ ſarcinam, cùm vecturas onerum corpore ſuo factitaret, diligenter conſideraſſe, ita nos ſimiliter eos, quos Cancellario noſtro impoſuimus, labores, velut quadam in σλώψει, & ſub uno faſciculo colluſtramus? Vix enim fa- 2
buloſa illa ſaxa ſudoris tantũ & molis habere videntur, quantum laboris & oneris, quantum difficultatis, & moleſtię, hujus officii provincia, vel in ipſo limine, primoq; aſpectu plenis quaſi plauſtris exhibeat. Et nunc equidem credam non joco, ſed ſeriò, & ex animi ſententia, id quod res fuit, Sylvium locutum 3
eſſe, cùm ad Petrum Nexetanum ſcripſerit: *Eras, quamdiu in* Sylv. Epist. 188.
Cancellario verſabaris, tanquam mancipium, nulla tibi edendi, nulla dormiendi certa hora fuit; non comites alloqui, non exire in lucem poteras. Ita enim certè eſſe videtur, quod jam antè quoque decla- 4
ratum fuit, officium Cancellarii tanquam ſtadium quoddam Herculeum, *& Theatrum*, ut collega quondam meus, de vita Ferin. in v. Ioh. Heinz.
Cancellarii Haſſiaci ſcripſit, *atq; concurſus graviſſimorum negotiorum, laborum, curarum & periculorum exiſtit.* Quapropter minimè mirum eſt, ſi laborioſiſſimum illud munus multi, cùm ad iſtud honorificentiſſimè accerſiti, & maximis præmiis, honoribusque invitati eſſent, vehementiſſimè refugiſſe dicantur, quando ἐκ γῆς τὸν πλόον, ut veteris Alcæi verbum eſt, ex littore, 5
& continente maris æſtum aſpexiſſent. Ex quorum numero clariſſimum Juriſconſultum Simonem Piſtorium fuiſſe, ſuprà cognoviſti, qui in Profeſſoria functione malebat perſeverare, 6
& è ſuggeſtu publico Academicam pubem civilia jura docere, quàm potentiſſimæ Saxoniæ Cancellarius audire. Quâ quidem ſententiâ complures alii fuiſſe leguntur, neque nomina longè petenda eſſent, cùm vel ex anteceſſoribus ſuis Acade- 7
mia noſtra ejus rei exempla proferre poſſet. Sed neque pauciores nominarem, qui ad cathedram ſuam, è qua ad adminiſtrationem hujus muneris progreſſi erant, ultrò dignitate ſub- 8

limiore relicta, vicissim sese contulerint. Quod similiter idem
Pistorius, non sine gravissimis consiliis, cùm invito animo ad
Cancellarii dignitatem abductus esset, posito secundùm isto
9 honore, fecisse, & in Academiæ tranquillitate ætatem ulti-
mã feliciter finiisse scribitur. Ac ut vetustis temporibus Simi-
lis ille in Adriani Imperatoris aula, suæ præfecturæ veniã con-
10 secutus, in prędium suum ex prætorio sese recepisse, sub extre-
ma senectute, legitur, in quo cùm septem annis quietè atque
tranquillè confectis decessisset, publico monumento testatus
est: Virum sese multorum quidem annorum fuisse, sed septem
Chyt.Ch.li.19. duntaxat annos vixisse: Ita trium ille Electorum Saxoniæ Can-
cellarius, Georgius Pontanus, suprema ætate in Academiam
11 Jenensem, tanquam in portum vitæ suæ se contulisse fertur,
summoperè gavisus, quòd laboriosissimi muneris clitellis,
tanquam Æthnæo onere, esset liberatus. Nec patrum, neque
12 nostræ memoriæ similia exempla desunt eorum, qui etiam Im-
perialis Cancellarii dignitate exuta, vel similiter in publica
suggesta, vel in villas suas, privatamq; sedem sese receperunt.
13 Alii etiam in latebras & claustra cœnobiorum, ex tantæ di-
gnitatis luce atq; splendore regressi fuisse dicuntur, inter quos
Lampertus de Borne, nobilis Alsatus, Caroli IV. Imperatoris
Cancellarius, præstantissimus id ætatis ingenii, & eruditionis
gloriâ prædicatur, qui tum hac functione, tum eidem adjun-
14 ctis longè maximis præmiis, & honoribus Episcopalibus reli-
ctis, in solitudinem Gengenbachensem, ex occupatissimi offi-
15 cii celebritate remigravit. Quod etiam prioribus seculis ante
ipsum Otto ille, quem suprà Cunradi Imperatoris III. Cancel-
16 larium nominavimus, fecisse constat. Passim verò præterea le-
guntur multorum Cancellariorum elegiæ, & gravissimæ que-
rimoniæ, quibus officii sui onera, & difficultates ipsi fuerunt
pro-

prosecuti. Ita enim de se ipse Megalopyrgicus ille Husanus exclamavit:

Obrutus assiduâ multorum mole laborum, 17
Vt variè curas erogat aula suas. *Henr. Per. de v. Ant. p. 2.*

Et inter nostrates alter de alterius vita ita cecinisse legitur: *Eleg. Io. Clotz. de vit. Iohan. Heinz.*

Cancellarii & hinc ampla in statione locatus,
Istud onus magno majus honore subit.

Quæ etsi ita sese habeant, ut jam antè pluribus declaratum est, attamen noster, qui Hercules ille, ut suprà nominatus, togatus, omni fortitudine indutus, & contra laborum ac molestiarum
cunctarum tædia septus, atque undiquaq; munitus est, nolit 18
unquam oblatos ullos labores molesque fugere, sed ita sese ad
impositi officii provinciam accommodet, ut cum Abderita il- *Gell. d. loc.*
lo adolescente, sub quovis etiam maximè impedito onere, fa-
cilè atque expeditè incedere possit. Nam, quemadmodum ille 19
lignorũ & caudicum, quos portabat, fasciculos, naturali quadam industria ita colligasse, breviq; vinculo universum pon-
deris acervum compressisse legitur, ut quasi Geometricâ qua- 20
dam ratione librari, atq; sine graviore bajuli oppressione contineri viderentur: Ita cunctas muneris laboriosissimi difficultâtes, atq; occupationum molestias, quibus, tanquam Promethicathenis, constrictus tibi ipse videris, optima ratione, dili-
gentia, studio, tolerantia, cura & assiduitate, rectâ denique or- 21
dinatione, atque instituto, quàm levissimas tibi reddes. Atque hoc consilio, animiq́ue proposito fuisse videntur, qui tametsi
quàm optimè cognitos & exploratos hujus provinciæ labores 22
haberent, omnesq́; administrati muneris æstus aliquandiu sustinuissent, postquam, rerum occasione ita ferente, semel ab onere isto liberati atque dimissi, in quieta vitæ statione, ætatis
reliquum cursum conficere potuissent, nihilominus sese ite- 23
rum, tanquam iisdem fluctibus & procellis, cùm secundum,

cùm tertium, vocati forent, fortissimo animo commiserunt. Atq; illi mihi Platonis virtutem in ea re imitati esse videntur. Quid verò ille? Tametsi Siciliæ scopulos atque Charybdis in
24 aula Dionysii Regis esset non sine gravi periculo expertus, easdem tamen syrtes, cùm denuò accerseretur, nõ dubitavit majore animi confidentia adire. Quod similiter multis cum aliis prudentissimis, tum prioris, tũ nostri seculi viris, te quoq; no-
25 bilissime Jurisconsulte, Eberarte de Weihe, gravissimis rationibus fecisse videmus. Nec te unquam, puto, hujus suscepti instituti tui pœnituit. Ex quo enim tempore, cùm Holsatici Ducatus Cancellariatu relicto, ad celebritatem Academicæ professionis reversus, atque ex ea functione, ad aulica munia revocatus fueris, non profectò majori potuit honori atq; gloriç veteri Minoi fuisse, quòd in supremo Deorum concilio, multos
26 per annos, versatus diceretur, quàm quòd interea loci, in duorum serenissimorum, potentissimorumq; Principum Saxoniæ, & Hassiæ, qui fraternitatis vinculo hereditario conjunctissimi, consiliis longè celsissimis, eorumq; senatu inter primates maximam auctoritatem nomenq; sustinueris. Quid verò dicam, in quo loco, hic tuus repetitæ prioris fortunæ & nominis Cancellariatus, apud perillustrẽ & generosissimũ Comitẽ Ernestũ,
27 Holsatiæ, Schaumburgi, & aliorum Dominatuum præpotentem, consistat, cujus cum singulari felicitate & copia cõjuncta virtus & civilis prudentia, atque erga literas ac literatos gratia atque munificentia toto Imperio deprædicatur. Sed ut ad nostrum redeam, eum ad eadem vestigia sequenda, his & talibus exemplis invitatum volumus, cùm, teste Tullio nostro, *nihil*
28 *præclarius existere possit, quàm de Republ. velle quàm optimè quemque bonum mereri*. Nec verò ullum togatæ Reipubl. munus habetur, quod meritorum magnitudine cum hac amplissima functione contendat. Quod quidem sua sponte incitamento ex-

celsæ,

celsæ virtuti esse debet, ut nulla aliorum præmiorum ratione habita, emolumenti publici studium, spretis omnibus difficultatibus & laboribus, etiã per saxa per ignes, ut ajunt, consectetur. Atq; hoc inprimis illi spectasse videntur, qui etsi in lautiore fortuna nati essent, iisq; facultatibus & copiis abundarent, 29
quę ad domesticam tranquillitatem, & ad otium, remotum ab omnibus muneribus, & occupationibus publicis, sumptuosè alendum sufficere possent, maluerunt tamen rerum quoque suarum cum detrimento, cùm ad patriæ labores accerserentur, hoc & aliis gravissimis officiis humeros suos onerare. Sed tamen & Hercules hic noster non sine Theseis suis est, quorum 30
studiis & operis labores & curæ ejus plurimùm subleventur. Nam, ut in priscis illis scriniis, constituti erant proximi & melloproximi, constituti adjutores & epistolares, ut Magistri industriam & sollicitudinem adjuvarent, ingentemq; operum molem ministeriis suis, & adminiculis minuerent: Pari ratio- 31
ne modoq; Cancellarius hodiernus suas vices, ut diximus, habet, habet assessores, consiliarios, habet secretarios, habet deniq; scribarum complures manus. Quæ quidem laborum levamenta & auxilia in omnibus benè constitutis curiis, atq; dicasteriis habentur, eamq; ob causam in Galliç cancellis *adjuvæ*, testante Tolosano, appellantur, quòd semper præstò esse, & Tolos.d.c.29. l.b.47 n.18.
Cancellarii fasces adjuvare, & magna parte oneris eum relevare debeant. Ita vetus ille magister à proximis suis, tanquam à 32
Vicariis, sociam opem habebat, qui etiam Comites dispositionum propterea nominabantur, quòd pro magistro ordinarent, & disponerent plurima. Eadem ratione in Imperio, Vice- 33
cancellarius maximam partem subsignationum, subscriptionum, & recognitionum, aliarumq; functionum, ut paulò antè declaratum est, administrat. Quod adjumenti genus etiam in Tolos.d.loc.
omnibus minoribus per Galliam Cancellariis, Cancellarius Magnus

magnus habet, habet idem secretarios, qui subscribendi onere
34 ipsum sublevent. Et in Imperii principatibus ideò iidem ad
certa subsignationũ genera sigillum sibi commissum habent.
Laut. de lit. & arm. Pulcherrimus profectò amplissimi officii orbis, quem Cancel-
larius, instar solis, auctoritate sua moderatur, ut quasi harmo-
35 nia, & concentus quidam in æquabili totius administrationis
cursu animadvertatur. Solet autem non rarò & æmulationis
Plut. in Them. Hild. d. orat. & invidiæ, aliorumq; affectuum interjectu, consonantia ista
plurimùm turbari, in qua re noster Aristidis prudentiam imi-
36 tabitur, & quod de Albino prædicatũ est, ad cancellos & curiã
iturus, boni communis gratiâ, quicquid in animo fermenti
erit, dissimulabit, imò verò ne quidem contingi animum suum
ullis ejusmodi nubeculis patietur, *mediis*, ut ille ait, *tranquillus
in undis*. Sed quid longiùs in hac veluti officiorum & laborum
officina subsistimus? Satis, ut arbitror, omnia, quæ eò perti-
nent, lustravimus: ad ea itaque, quæ proxima sunt, & quæ in-
dustriam atque diligentiam laboremq; excipere, atq; amplecti
solent, progrediemur. Quæ verò illa?

CAP. V.

De honore & dignitate Cancellarii.

1 *Arc. & Hon. l. 14. C. de re mil.* VIdes contiguas honoris atq; dignitatis fores, vides aditus
nullo alio itinere, quàm per laboris & virtutis vestibula
patere. Quid verò in limine literarum? aureæ sunt, &, ut agno-
sco, manu Imperatoria inscriptæ. *Honoris augmentum non ambi-*
2 *tione, sed labore convenit ad unum quemq; devenire.* Præclarum
scitum! & ô felicem Rempubl. in qua omnis hac mercede di-
gnitatum, atq; honorum merx venit. Contrà verò vilis & me-
3 ritò abjecta dicenda curia, in qua, ut Sylvius scripsit, *non secun-*
Sylv. Epist. 166. *dum labores, moresq; & virtutes, honores expenduntur, sed ut quisq;*
ditior

ditior & potentior, eò magis extollitur & honoratur. Non immeritò autem huic, ut demonstratum est, laboriosissimo muneri, amplissimi honores & dignitates, tanquam jucundissima invitamenta proposita sunt, ut eò majori studio, atque ardore animi, quàm plurimi illud complecti, deq; Repub. quàm optimè mereri studerent. Sunt autem alii honores in externis, alii in internis officii ipsius adjunctis positi, quorum illi in cultu & observantia, in nominibus & titulis, in altioris atque dignioris loci assignatione inter sedendum, standum & eundum, inq; aliis id genus similibus ceremoniis, pompis & splendoribus consistunt: hi verò amplitudinem muneris potestate aliqua & jurisdictione, jussione, atque mandato, aliisq; publicæ auctoritatis firmamentis munitam habent. Ad primum genus quod attinet, Cancellarii officium tum nominibus magnificis & titulis, tum sessionis & locorum prærogativis, in regnis & Imperiis etiam externis longè honoratissimum esse cognoscitur. Eò enim pertinet, quod in Imperio Germanorum Archicancellarii, in Hispania Cancellarius Maximus, in Gallia & Polonia, alibiq; Magnus appelletur, appelletur idem, teste Boërio, illustris, magnificus, amplissimus, & si qui alii hujus dignitatis sublimes & honorifici tituli existunt. Insignis profectò honor nominis, quod ob virtutem & meriti magnitudinem, atq; officii & dignitatis excellentiam tribuitur! Quod quidem honoris genus in veteri Republ. Romanorum longè maximum judicatum fuit, multoq; honestius, in senatu, glorioso nomine insigniri, patremq; patriæ cum Cicerone dici, quàm vel tropæis & statuis publicis decorari. Nec certè minor honos ille, quo Cancellarium Galliæ, Hospitalem, Hotomannus affecisse legitur, cùm eum patriæ parentem à bonis viris dici, scripserit, neminemq; toto regno majorem amplitudine, neminem inter togatos illustriorem ipso haberi. Eodem honoris genere Johannem

4 5 6 7 8 9 10 11

Aur. B. tit. 3. Ant. Gam. de. 1. Tol. d. c. 29.

Crom. Pol. 2. Boër. in add. d. tr. de auth. n. 10.

Hot. in præfat. 12 tab.

Bud. in praef. Annot. ad lib. Pand.

nem Deganajum, in eadem dignitate versatum Guilhelmus Budæus, regius Secretarius, illustrissimum appellavit, non
12 quòd celsi generis familia esset ortus, sed quòd per omnes ætatis progressus, totidem honorũ civilium gradus, suopte nixu, nullo manum porrigente scandens, non antè quàm ad culmen honorũ evaserit, scandendi finem fecerit, atq; ita non fortunæ beneficio, sed suo merito ad summam dignitatem pervenerit. Maximus verò ille præterea Cancellariorũ honos, cùm Impe-
13 ratorum & Principum, ut suprà confirmavimus, amici, cùm parentes, cùm potiora membra, & partes corporis, cùm mens & animus, cùm corcula & præcordia eorũ appellentur. Quid enim honorificentius dici, quid gloriosius nominari possit? Nec verò nuda & inania rerũ illa nomina, & ad speciem duntaxat, atque ad pompam excogitata esse putandum est. Sustinent enim nõ modò officii & muneris amplissimi dignitatem,
14 sed etiam ostendunt, quo amore, & cultu, quo jure Principes Cancellarios suos habere debeant, cùm veluti partes corporis

Aur. B. tit. 24.

sui eos tueri atque propugnare debeant. Ex quo illud consequi necesse est, ut si qua injuriâ fortè Cancellarius affectus sit, ea-
15 dem quoque Principi illata esse censeatur, possitq;, imò verò debeat, non modò ipse, in actione ejus intervenire, sed etiam principaliter, ut loquuntur, agere, eoq; magis, & severiùs, quò Cancellarius pars dignior & propior omnibus aliis officiali-

l. 1. C. de domest.

bus, consiliariis, & ministris habeatur. Nam & propterea similis sacrilegii pœna constituta est in eos, ut Imp. Valentinianus & Valens rescripsisse leguntur, *qui honorificentiam non deferunt iis, qui Principis purpuram contingere* (de primiceriis & domesticis, quorum loco hodiernus Cancellarius, ibidem loquuntur)
16 *digni sunt existimati.* Quod tamen eò semper intelligi oportet, si

Cyn. ad l. 5. si nõ sonv. C. de Imp. & Dd. Iul. 1. ff. de off. ejus.

vel officii & dignitatis publicæ ratione, injuria atque offensio sit, inque iis negotiis & actionibus, quas nomine Principis sui quisq;

quisq; suscepit, in quibus non suam, sed ejus, cujus mandatum & officium gerit, personam sustinere dicitur. Abutuntur itaq; illi maximè maxima hac dignitate & honore, qui etiam privatas suas contentiones, & injurias, solo nominis umbraculo, 17
quòd videlicet Cancellariis factæ esse videantur, ad Principis sui auctoritatem, & interventionem, ut ajunt, trahere, illiusq; sub illustri scuto cœnum suum tegere, & contra adversarios privatarum actionum atque litium, publicæ potestatis arma expedire velint. At illud nequaquam fieri oportet. Nec enim, nisi in iis tantùm, quæ officium & dignitatem negotiumq; pu- 18
blicum attinent, pars corporis publici esse illi censentur. Inter reliquas autem externi honoris species, ut eò redeamus, inpri- 19
mis conspicua loci & sessionis præeminentia est. *Dignioribus enim in altiore loco sedere convenit*, uti cum juris glossa Dd. loquuntur. Altior verò locus esse judicatur, qui Principis sedi est proximior. Qua quidem honoris prærogativa dignitas Cancellariorum sese quàm maximè & efferre & præferre aliis officiis posse videtur. Nullibi enim ille non regnorum celsioris 20
loci honorem obtinere cognoscitur. Nam de Galliæ Cancellario scribit Tolosanus, eum in omnibus curiis, proximam à Rege, si affuerit, sedem habere. Quod ante eum, superiore ætate, 21
Montanus, Consiliarius explicavit expressiùs his verbis: *Ad manum*, inquit, *sinistram regis, sedet gloriosissimus Franciæ Dominus Cancellarius, omnesq; præcedit* (Boërius senator addidit) *Archiepiscopos*. Bodinus verò copiosiùs exponens eandem rem, Cancellarium scribit, *domesticæ disciplinæ ac judiciorum principem esse*, 22
militaris verò disciplinæ, ac bellicarum rerum arbitrum atq; moderatorem, qui etiam militum magister dicatur: uterq;, inquit, *utriusq; disciplinæ magister, in summa potestate constitutus, nec alter alterius Imperio tenetur, sed uterq; utriq; æqualis eodem gradu ac ordine incedit: nihilominus magister militum dignitate superior est, dextrumq; Principis*

gl. in verb. altiore, Inst. de bo. poss. §. cumq; antea, & ib. Io. Fab. Bal. Ang. Fel.

Mont. d. tr. de auth. n. 117.

Bod. lib. 3. de Rep. c. 6. n. 321.

pis latus occupat, Cancellarius sinistrum, ac ne quis putet eum ordinem
23 *Magistro militum tribui, quasi gladium Principis ad dextram præfe-*
ferre teneatur, quoties locorum angustiæ non ferunt, utrumq́; simul in-
cedere, magister militum antecedit, deinde Cancellarius, quam præfe-
ctus prætorio sequitur. Hæc ille: cui tamen testimonium Budæi
eadem de re omninò repugnare scripsit Montanus, affirmans:
24 *Constabularium post Cancellariũ sedere, idq́; testari Budæum seipsum*
Mont.d tract. n.107. *vidisse, in congregatione trium statuum, præsentibus ipsis paribus, quos*
dicunt Franciæ. Cui sententiæ suffragari idem videtur, cùm scri-
psérit, *solos legatos Imperatoris, & Regum Angliæ, atq; Hispaniæ præ-*
25 *cedere Cancellarium, quia Dominorum suorum personam repræsen-*
Luc.de Pen.in l.13.duos C.de suscept.prap. & arc. *tent, qui eos miserint.* At multò clariùs Lucas de Penna, qui Can-
cellarium Franciæ *omnibus regni aliis officialibus præferri, & primo*
loco, post Regem sedere, scribit. Sed utriusque testimonii diversi-
tas fortè conciliari posset, si, cùm in pari, ut Bodinus asserit,
26 gradu & ordine utraq; dignitas constituta habeatur, dicamus
videri diversis temporibus & locis nunc alterũ infra, alterum
supra sedisse, &, ut in comitialibus Imperii sellis fieri vidimus,
inter eos, qui de jure προεδρείας, præcedentiam vulgò nominant,
altercantur, alternas sessiones, mutuasq́; locorum vices susce-
pisse. Quod autem ad locum Budæi attinet, Montanus, quod
27 equidem miror, non videtur eum rectè perpendisse. Ille enim
ibidem testatur, se potiùs contrarium vidisse, Conistablium vi-
delicet, priori loco sedisse, proximeq; eum, ut etiam Bodinus
asserit, Cancellarium. Verba regii secretarii hæc sunt: *In cele-*
berrimo trium statuum conventu novimus magistratum militum, id
est, constabularium, Principis ubiq; legatum in re quidem militari, pri-
mo loco inter magistratus sedisse, proximeq; eum Cancellarium. Cla-
rissima verborum sententia, quæ de illo consessu aliter, quàm
Montanus, arripuit, expressè loquitur. Subjicit tamen ille: *Sed*
28 *illius,* inquit, *magistratus* (militum putat) *jam sublatum nomen esse*
vide-

videtur, quo tamdiu Respubl. caruit. Itaq; Cancellariatus summum est hodie honorum fastigium, ultra quod nihil sperare licet homini qui- 29
dem privato & togato, quasiq; quoddam summa quaq; ambientis animi solstitium. Ab eo jam progressus nullus, sed qui se porrò commoverit, 30
regredi tantùm potest. Utut igitur illud sese habeat, ex eo tamen perspicuum est, id, quod hoc loco inprimis declaratum volumus, Cancellarii nimirum munus in Gallia summi loci & di- 31
gnitatis atque honoris haberi. Nec verò aliter in aliis regnis & principatibus. Nam & in regno Arragoniæ, ut doctores loci Pet. de Bellug.
ejus scribunt, Cancellarius ad dexteram Regis post primoge- 32
nitum sedet. Et in Lusitania, testante Antonio de Gamma, regio ibidem Consiliario, cùm præfectus prætorio, quem Recto- Ant. de Gam. decis. Lus. 1. nu. 10. & 11.
rem Justitiæ nuncupant, ad dexteram Regis, in senatu, collocetur, Cancellarius etiam minor ab eo proximum locum ob- 33
tinet. Maximus verò, qui vocatur, honore præfertur omnibus aliis cujuscunque dignitatis & loci viris. Sic & in regno Polo- 34
norum in summos magistratus quatuor, quos officiales regni vocant, à principe Marescallo, proximus Cancellarius, deinde Crom. li. 2. Pol.
Prôcancellarius, teste Cromero, habetur. Quo verò loco Archicancellarii in Imperio Germanico constituti sint, ex iis, quæ suprà de conjunctione dignitatis hujus, cum Archiepiscopali, & Septemvirali fastigio exposita sunt, perspicuum esse potest.
Instar regiæ profectò dignitatis in triplici isto maximæ celsitu- 35
dinis culmine! Quæ tametsi distinctas inter sese officiorum rationes habeant, possintq; à se invicem divelli, atque separari, minimeq; ita cohereant, ut Electoralis suffragii sublimitas, sine Heig. p. 1. q. 4. n. 54.
Archiepiscopali honore, vel Archicancellarii munus, sine utroque, tanquam vita, & corpus sine anima consistere non possit; attamen ea re visum fuit, majorum consilio, atque prudentiæ, quasi in unum corpus tria ista summæ dignitatis lumina
conferre, ut eò illustrior alterius splendor ab altero efficere- 36

tur. Sed & majori contentionum occasioni præerepta per hoc causa fuisse videtur, ne, cùm duo illa Imperii fastigia, Septemviralis atque Archiepiscopalis dignitas, ab Archicancellariatu, vel vicissim illæ & à se invicem, & ab hac tertia potestate dis-
37 jungerentur, quarum neutra alteri suos fasces submittere, atq; concedere vellet, perpetuus altercationum atque dissidiorum fomes ex eo oriri & propagari potuisset. Quod quidem postea accidisse etiam per Abbatem Archicancellarium Imperatricis
38 videmus, qui neutro aliorum, excepto Moguntino per Germaniam, inferior esse voluit, etiamsi uterque Septemviralem trabeam, summiq; sacerdotii apicem Archiepiscopalem, cum Archicancellariatu æquè conjunctam haberent. Turbas verò & cædes publicas ejus rei causâ factas, suprà cognovimus. Ac vide, quid Cancellarii nomen etiam in aliis præ se tulerit? Nori-
39 cum consessum, præsente Wenceslao Cæsare, rixis & tumultibus complevit Cunradus, Eichstedensis Episcopus, quòd adversus Episcopum Vangionum disputaret, sibi proximè sedendi jus ab Archiepiscopo suo Moguntino, cujus Cancellarius, instituto veteris Bonifacii esset, sine interjectu alterius, per vetera privilegia deberi. Quæ quidem controversia insigni do-
40 cumento est, Cancellariorum locum, ab ævi prisci memoria, in nullo non loco sublimem, & plerunque secundum fuisse. Quo quidem sessionis gradu & altitudine tres illi Imperii Archi-
41 cancellarii, ita per dispositionem publicam collocati, ut prærogativa sua cuiq; integra, & dignitatis lociq; ratio omnis præjudicii expers haberetur. Peculiari enim sede receptus Trevirensis, è regione Imperatoriæ Majestatis vultum ejus semper
42 intuetur. Reliqui duo, summi Cancellariatus jure, in provinciis quisque suis primùm à dextera Cæsarea locum occupant. Quod ad eum modum Bulla Quarti prudenter instituit, ut dissensionum atq; certaminum causæ ea ratione omnis imposterum

Rebd. in Ann. sub an. 1299. Brusch. in Monast.

sterum

ſterum tollerentur. Ex quo conjectu facile eſt, veterum ætates 43
non raro gravioribus earum rerum contentionibus fuiſſe im-
plicatas, cùm quiſque pro more & conſuetudine aliorum re- Cr. in Sax.
gnorum, ſui Archicancellariatus dignitatem loco ſuperiore ſi-
bi vendicarent, quemadmodum ex annalibus etiam noſtris
cognoſcere licet. Atque ea ratio dignitatis in Cancellariorum 44
ſeſſionibus, lociq; prerogativa, per Imperium, & regna alia ob-
ſervatur, ex qua officii ſumma dignitas & præeminentia per-
ſpicitur, quod uti Baldus ſcripſit, *tanquam firmamẽti totius ſplen-* 45
dor in Imperiis enitеſcat. In aliis verò ducatibus atque principa-
tibus Germaniæ, tametſi eadem officii, pro cujuſque ditionis
ſtatu, ratio exiſtat, aliter tamen atque aliter Cancellariorum
dignitas, nunc hac, nunc illa in provincia, quantum ad loci
prærogativam, in ſeſſionibus & proceſſionibus attinet, hono-
ratur. Nam cùm plerunq; homines novi è plebeja conditione, 46
quos ingenii & prudentiæ commendatio evexit, huic mune-
ri adhibeantur, locum illi non admodum ambitiosè quærunt, 47
qui prudenter rationes ſuas ita inſtituunt, ut declinatâ invidiâ,
bonis ventis, quem ceperunt, curſum conficere poſſint. Nam,
quemadmodum Lauterbachius, de Ducis ſui Cancellario his Laut. de ar. &
verbis prodidit, *tametſi ille verba Principis nomine faciat, & ad de-* lit.
liberandum negotia atq; cauſas ſtatibus proponat, tamen (contra ra-
tionem dignitatis ſcriptori fieri videtur) *in principio & fine actus*
agmen comitatus claudit, cùm tamen idem ſigillum ducale, ut etiam ſe-
cretarius in cauſis peculiaribus alterum, cuſtodiat, & claves curiæ, vel 48
loci, in quo ſenatus habetur, teneat, nec minus in nobiles quàm ignobi-
les Conſiliarios curam & juriſdictionem ſuam exerceat, ut abſq; ejus li-
centia, neq; conſilio abeſſe, neq; urbe egredi, neq; in prædium ſuum mili- 49
tare proficiſci audeant, &c. Hæc ille: ex quibus animadvertis au-
ctorem (qui ipſe Conſiliarius) mirari, atque adeò non nihil in-
dignari, Cancellarium Ducum non in eo pro dignitate ſua ha-
beri,

beri, quod cùm officii cæteras partes maiores omnes administret, & reliqua potiora jura, atque potestatem muneris sui integram in omnes utriusq; generis Consiliarios, nedum in scribas habeat, non tamen itidem loci celsioris prærogativam in comitatu Principis obtineat. Verùm ad ista respondere potest
50 annotatio Hannibalis Scoti, Comitis Placentini, & in callidissimis Pontificis Sixti V. consiliis exercitatissimi cubicularii, quam ad illum Taciti locum asscripsit, qui libro 1. Ann. de Augusto in hæc verba extat: *posito Triumviri nomine Consulem se ferebat; Augustus,* inquit, *meritò nomen Triumviri deposuit, & reli-*
51 *qua nomina odiosa, ut Regis, & Principis, respuit: Novi Principes initetur. Species enim, quæ nihil ad vim dominationis faciunt, sed tantum*
52 *odium, & invidiam conflant, sunt fugiendæ. Contrà complectenda ea, quæ principatum quàm maximè firmant.* Agnoscis veteris prudentiæ vestigium, cùm externæ pompæ omittantur, quò interna
53 rerum stabilimenta diligentius conserventur, quod etiam consultum novis hominibus in hac dignitate & munere esse videtur. Sunt autem in Cancellarii munere longè digniora illa altera, quæ ad potestatem & jurisdictionem officii referuntur,
54 quàm quæ in sessionum & locorum prærogativis atque ceremoniis versantur. Illa itaq; prudentes in oculis, hæc verò vulgus in digitis ferre solent. Atque ex eo sæpissimè contingit, teBod. de Rep. 3. c. 3. n. 284. stante Bodino, ut qui splendore externi honoris maximo afficiantur, omni tamen potestate, & interno auctoritatis robore
55 careant. Quo quidem honore Cancellarium Venetorum, quem ex plebe legi ante intelleximus, plurimùm cumulari idem scribit, omnis autem vicissim Imperii, & jurisdictionis expertem haberi. Non autem ad eum modum in regnis aliis:
56 Quantæ enim potestatis auctoritate Cancellarius Poloniæ sit, quanta idem non modò externa specie, sed multò magis internis Imperii & jurisdictionis viribus præpolleat, suprà etiam, ex Cro-

Cromero, per sigilli jura explicatum fuit. Verùm de re ista etiam externi legati multum speciatim scripsisse leguntur, quos
inter Horatius Spanorchius, de Zamoscio Cancellario lo- 57
quens: *Apud omnes*, inquit, *tantam consecutus erat authoritatem,* *Span. de int. reg. Pol. in pr. prud. poli. Phil. Hon.*
ut etiamsi Rex fuisset, majorē adipisci vix potuisset, tantum unusquisq; favorem, gratiamq; ejus ambiebat: quin imò jam videbatur Rex neminem ad publicas dignitates, publicosq; reditus nominare, nisi quos ipse promoveret, & proponeret, &c. Quanquam autem tanta potestas & dignitas non tam ex Cancellariatu ejus, quàm ex Prætorii, sive ex generalis militiæ præfectura profluxisse, & ex singulari Regis gratia redundasse videatur: tamen & hujus offi-
cii auctoritas plurimùm momenti eodem contulisse potuit, 58
quod, teste Poloniæ scriptore, non modò omnibus secretariis, scribis, sed etiam sacerdotibus, concionatoribus, & cantoribus aulicis, præterea etiam Ecclesiasticis ceremoniis moderetur.
In Gallia verò eadem dignitas vim summi magistratus obti- *Tolos. d. loc.*
net, quæ priscis temporibus tanta cum potestate fuit, ut illam
modò auditam Zamoscianam in Sarmatia, quàm longissimè 59
exsuperasse videatur. Quid enim de Engerrano Cancellario, *Paul. Æm. hist.*
qui ætate Ludovici Hutini Regis floruit, proditum memoriæ *Gall. lib. 8.*
reliquit Æmylius? *Vnus omnia*, inquit, *posse, & solus dominari vi-* 60
debatur, neq; quisquam regiis literis obedire volebat, nisi epistola Engerrani addita dicto audientes esse juberet. Dictatoris, nedum Prætorio præfecti licentiam dixeris. Imò verò ille tanquam dementis curator, ne assem quidem passus est suo injussu à quæstoribus Regi numerari. Magnus profectò magnæ dignitatis
abusus! quam etsi nulli successores, quod neq; poterant neq; 61
debebant, ad eum modum usurpaverint, tamē, *magna authoritas*, exclamat Petrus Gregorius, *magni Cancellarii in Gallia sem-* *Greg d.c.29.*
per extitit, qui ideò etiam Magnus Consiliarius Franciæ olim
dictus esse reperitur, quòd omnium consiliorum & judicio- 62

rum summa in eo consisteret, ac ut Budæus testatur, *omnis magistratus honorum suorum fasces eidem submitterent.* Nec minor dignitas & potestas Cancellarii Anglici, qui, teste Polydoro, paulatim effectus est supremus regni magistratus tanta auctoritate, ut etiam in publicis comitiis, populo, coram Rege, consultante, Regem ipsum roget, ejusq; sententiã exposcat. Nam,

Poly. hist. Angl. lib. 13.

63 cùm & ibi quatuor magna regni munera sint, in quibus, tanquam totidem columnis, universæ gubernationis moles nitatur, Magnus Cancellarius principe loco & auctoritate elucescit, quem sequitur magnus Thesaurarius: deinde magnus magister: postremò magnus Amiralius. Magna illa quidem, & nescio, an majora ulla hoc officio apud Reges exteros esse possint: sed tamen minimè cum illa regali auctoritate Archicancellariorum Imperii conferenda. Eò enim illa augustior, quò augustior ipsa Imperii majestas, & quò in eo libertatis jura ampliora. Quod quidem potentissimus ille omnium, qui à Carolo Magno Imperatores fuisse celebrantur, Quintus agnovisse videtur, cùm sese Regibus in Germania imperare crebrò dixerit. Etsi enim Archicancellarii plurima jura, eaq; maxima Septemvirali potestati, quæ inter omnia Imperii ἀξιώματα clarissimo lumine præfulget, accepta ferant: non tamen etiam non gravissimæ auctoritatis momenta in Archicancellariatus fastigio nituntur. Quod vel ex eo animadvertere est, quòd omnis ille præeminentiæ & supremæ dignitatis honos, quo terni isti Ecclesiastici Suffragatores, per sanctionem auream cumulati, & inter sese compositi esse leguntur, potissimè ad Archicancellariatum ejusq; jura, & usum referatur. Cui quidem dignitati etiam hoc accedere videtur, quòd cùm Moguntinus Elector unà per Germaniam Archicancellarius existat, illud honori ejus tributum sit, ut, quemadmodum, vacante Imperio, Septemvirale collegium cogere, ita etiam collegas convocatos

Rel. de Reg. in Aur. Prax. Honor.

64 (beside "sint: sed tamen minimè cum illa regali auctoritate Archican-")

65 (beside "lo Magno Imperatores fuisse celebrantur, Quintus agnovisse")

Heig. p. 3. q. 3. n. 1.

66 (beside "mo lumine præfulget, accepta ferant: non tamen etiam non")

67 (beside "stigio nituntur. Quod vel ex eo animadvertere est, quòd omnis")

68 (beside "nori ejus tributum sit, ut, quemadmodum, vacante Imperio,")

tos in senatu sententias suas, tanquam decanus collegii rogare haberet, & si quæ præterea alia, quorum ratio ad Cancellarii 69
magis, quàm vel ad Archiepiscopi, vel Electoris munus, pertinere censeatur. Atque ita quidem illa triplicis, non modò dignitatis & honoris, sed etiam potestatis & auctoritatis amplissima triga ad veteris illius Prætorii præfecturam, ejusq; magistratum aliquantò propiùs accedere videtur. Sed quid oculos 70
Morvillerii nostri tantæ dignitatis fulgore præstinguimus? Propriū Cancellariorum regnum in Cancellaria est, ejus illi & 71
clavem, ut antea audivimus, & clavū habent, ibi jubent, mandant, præscribunt. Atque illud de Gallici Cancellarii jurisdictione scribit Montanus his verbis: *Cancellario Franciæ*, inquit, *omnes & singuli regii justitiarii, quocunq; nomine nuncupentur, ac quavis auctoritate fungantur, subjicientur, & in dignitate atq; administratione eo inferiores sunt.* Fines potestatis & cancellos vides, 72
ad quos sese propriè autoritas hujus officii extendit, & his limitibus Ducum & Principum prępotentium Cancellarii continentur. Quòd autem præterea in plerisque regnis pomæria eorum non modò patentiora, sed etiam potentiora existant, 73
id, ut exemplis declaratum est, vi summorum magistratuum, & ratione aliorum munerum, quæ cum hoc officio conjunctim possidentur, fieri judicandum est. Sed hos sede altiore officii & honoribus relictis, ad cætera virtutis laborumq; præmia pedem conferemus.

Mont. de ant. Mag. Can. n. 8.

CAP. VI.

De præmiis.

QUanquam autem honores, de quibus dictum est, ipsi prę- 1
mia existant, multoq; honestiora sint, quæ in dignitatibus, in magistratibus, in Imperiis, in gloria, atq; lau-

pſiſſe leguntur, *ut merentibus virtutum præmia tribuantur.* Cùm autem in eorum diſtributione illi præferri jure debeant, qui, ut leges loquuntur, *comparatione laborum alios exſuperare videantur,* l. 7. C de prox. ſac. ſcr.
non immeritò Cancellariorum officium ſummis ſemper præmiorũ honoribus Reges & Principes proſecuti fuerunt. Quapropter ſeſe vehementer excuſaſſe ſcribitur Carolus Magnus, 10 Laur. Chr. d. loc.
ne ipſius culpa & negligentia illud eveniſſe putaretur, ſi fortè minus præmii Einhardo Protonotario obtigiſſet, quàm muneris & laborum ratio poſtulare cenſeretur, idem verò, ut viciſſim merita ejus, atque ſervitia priora dignis præmiis rependeret, venia indulta graviſſimæ offenſæ, quæ extremam indignationem pœnamque meruiſſe dicebatur, ac ut fide priſtina magis magisq; obſtrictum ſibi hominem haberet, ſuam filiam ampliſſima dote adjecta in matrimonium ei collocavit. Atq; *ea ratione ex malo principio,* quod comicum verbum ea de re ipſe uſurpabat, *magna eſt conflata familiaritas.* Subſequentibus verò ætatibus videre eſt plerunq; Eccleſiaſticas dignitates, & opulentos Epiſcopatus, Cancellarii Imperialis muneri, tanquam conſtitutum præmium, ceſſiſſe, ex quo ſuprà nullum ferè Germaniæ Epiſcopatum eſſe dictum eſt, qui ex Imperii cancellis non unum atque alterum gubernatorem legatur conſecutus. Nominati ibidem Adeldagus, Cancellarius Hamburgenſis ſacerdotii antiſtes, & Hildepoldus Epiſcopus Wormatienſis, nominatus Otto, Bambergenſis Pontifex. Quot verò dicam Archiepiſcopatibus Mœni & Coloniæ atque Trevirorum, ex horum numero potitos eſſe? Erat enim priore ævo nihil frequentius, quàm ex hac dignitate ſucceſſiones iſtas ſuppleri, & Vicecancellarium Archicancellario ſubſtitui. Exempla in Willegiſo, in Reinholdo, in Philippo, in Chriſtiano Archiepiſcopis, aliiſq; ſuprà memoratis habes. Cujus quidem rei continuatione videtur tandem Archicancellariatus in iiſdem

11 (beside line "ne ipſius culpa…"); 12 (beside "deret, venia indulta…"); 13 (beside "uſurpabat…"); 14 (beside "conſtitutum præmium…"); 15 (beside "dicam Archiepiſcopatibus…"); 16 (beside "pleri, & Vicecancellarium…"); 17 (beside "continuatione videtur…")

ſedibus pedem ſuum fixiſſe, & cum eadem dignitate, tanquam perpetuo præmio, coaluiſſe. Ex Imperialibus autem reliquis Cancellariis, quàm plurimi in aliis Epiſcopatibus præmio iſto
18 ſummoperè honorati inveniuntur. Ex quorum numero in veteris Juvaniæ Archiepiſcopatu, quem nunc Saliſburgenſem nominant, Guntherius, quòd Henrici Pii Cancellariam administraſſet, & inſigni eruditione id ævi præſtaret, collocatus fuiſſe legitur. Quis verò juſtitiæ illum ſeveriſſimum ſacerdotem Cunradum de Rabenſburg, primum id nominis Herbipolita-
19 num Epiſcopum, non audivit, qui etiam propterea à nefariis ſicariis, cùm ad ſacram ædem contenderet, inter eundum inſidiosè trucidatus, quòd licentiæ veteri habenas dare nollet, teſte ipſo lapide, qui è monumento illius hoc carmen effatur:

Hoc procumbo ſolo ſceleri quia parcere nolo.

20 At ille ſervantiſſimus æqui antiſtes ex curia Henrici Imperatoris VI. egreſſus erat, cujus conſilia quàm optimè rexerat, & promus atque condus clementiæ atq; benignitatis principalis fuerat, ut de Cancellarii officio Budæus loquitur. Ab eo enim
21 procul dubio divinum illud conſilium profectum erat, quod Imperator in urbe Brixia conſervanda ſecutus eſſe ſcribitur. Nam, cùm ille municipium totum funditus delendum, judicio conſtituto, teſtante Bartolo, decreviſſet, mœnibus expugnatis, civitati univerſæ pepercit, ne plebs innoxia ſontium
22 atq; improborum pœnas unà luere cogeretur. Sed & reliquorum anteceſſorum eodem nomine Cæſarum nemo fuit, qui non eodem præmio Cancellarios ſuos affecerit. Habuit enim quoque Bambergenſis Eccleſia præſulem Hardewicum, qui
23 Henrici III. dicaſterium, ſumma auctoritate adminiſtravit: habuit eadem ex eadem dignitate Suicherū, quem antea Ro-
24 manum ad Pontificatum perveniſſe cognovimus: habuit ex eodem munere Wormatia Adelgerum: habuit ex Henrici II. Can-

Cat. Epiſc. Sal.

Bud. ad d. l. 1. de off. praef.

Bart. in l. 6. aut facta. ff. de pœn.

Sp. p. 1. ſp. nob. lib. 11.

Cancellariatu, Archiepiſcopale Parthenopes decus, Wolhar-
dum. Vis alios ex aliis? Nemetum Eccleſia dabit Cunradum 25
ejus loci ordine Tertium, qui, ut ſuprà indicatus, è Comitum
illuſtri genere, illuſtri Nomophylacis (quo nomine volunt *Bud.d.loc.*
Cancellariũ Græcis dictum eſſe) officio apud Philippum Cæ- 26
ſarem, & poſtea apud generum atque ſucceſſorem ejus Otto-
nem perfunctus erat. Dabit eadem Henricum ex eadem pro-
vincia, Wilhelmo imperante: dabit Rabanum, qui duorum 27
fratrum, Wenceſlai & Sigiſmundi, Cæſarum curiæ præfuerat.
Nominabit eadem Caroli IV. literarum gloria & cultu nulli *Sp.de nob p.1. lib.11.*
ſecundi Imperatoris, Cancellarium Lampertum, longè doctiſ-
ſimum. Summâ præterea apud omnes id temporis Principes 28
auctoritate florentem, Johannem Eichium nominabit, Eich-
ſtadienſis Epiſcopatus, cujus ore facundiſſimus Albertus II.
Imperator fuerat. Sed quid pluribus veterum exemplis utor?
Patrum etiam memoria Lubecenſis cathedra duos, Friderici 29
& Chriſtiani III. Regum Daniæ, Cancellarios, magna laude
tenuit, Ditlevum illum Reventlovium, ſuprà itidem nomina-
tum, & Andream Barby, virum clariſſimum. Quis verò non
audivit Caroli V. Imperatoris Vicecancellarium Balthaſarem 30
Veldkirchium, in Hildesheimenſi gubernatione conſtitutum, *M.t. Dar.Chr.*
ſummoq; dignitatis apice exornatum fuiſſe? Vidit etiam ſu-
periore ſeculo Hamburgum, ex humili loco intra mœnia ſua
natum, Henricum Bergmejerum, commendatione ingenii at-
que induſtriæ ad Cancellarii Leoburgenſis dignitatem perve-
niſſe, vidit eundem ejuſdem officii gradibus Raceburgenſem 31
infulam ſummæ cum gratulatione hominum maxima con-
ſecutum eſſe. Maxima profectò pro maximis tanti officii one-
ribus atque laboribus præmia! Quid enim principali dignita-
te & honore, quid Pontificali opulentia majus dari poſſit? At-
qui hoc fine ampliſſima iſta beneficia in ſacris collegiis à pri- 32
mis

Car. M. in fund. Ofi.. r. Crant. in Metr. lib. 1.

mis suis fundatoribus instituta fuisse constat, ut optimis literis
alendis, & virtuti provehendæ adminiculo & subsidio præ-
mioq; forent. Cujus quidem rei potuit tum quaq; aliqua ra-
tio videri in eo habita fuisse, cùm non modò præclarè de Re-
publ. meriti Imperatorum, Regum & Principum Cancellarii
33 atque Consiliarii, verùm etiam alii quiq; præstantes scientia li-
terarum atque virtutum laude insignes viri, postquam Eccle-
siæ & Reipubl. profuissent, absque omni imaginum atque insi-
gnium intuitu, maximis istis dignitatum atque opum præmiis,
tanquam meritissimo senectutis viatico afficerentur. Non-
dum enim seculi spacium exactum est, cùm pleræque per Sa-
34 xoniam Episcoporum sedes, ut ex earum Catalogis videre est,
Chyt. in Metr. à plebejæ originis hominibus, qui gradu eruditionis eò con-
scenderant, tenerentur. Etsi autem ea ratio nunc ævi videatur
35 magna ex parte esse sublata, uti ex Metropoli Chytræi, ea de re
Id. in proœm. d. lib. vehementer conquesti, cognoscere licet, sunt tamẽ & alia præ-
miorum genera, quibus etiam veteres Gratiæ hujus muneris
provinciam quàm splendidissimè exornarunt. Imperatoris Si-
gismundi, ejusq; successorum, Alberti, & Friderici III. muni-
36 ficentia, verè Cæsarea, exterorum quoque literis deprædicata
legitur, qua illi Cancellarium suum Sliccium fortunatissimum
37 reddiderunt. Quemadmodum enim Artaxerxes, Persarũ Rex,
Themistoclem Consiliarium suum, tribus opulentissimis op-
pidis, Magnesia, Myunte, Lampsaco, unà cum ditionibus atq;
reditibus copiosissimis donasse celebratur, ita ille urbes plu-
38 res, inter quas Egra, Cubitum, Calesium, Goritium, cum feli-
cissimis auri & argenti regionibus, præmio accepit. Sed & pau-
lò antè mentio facta est, illustris illius conditionis conjugalis,
qua, tanquam Pelops ille Homericus, à Jove suo idem fortu-
natus. Atque hæc licet tam insignia atque ampla præmia ha-
39 beantur, ut vix in eo genere ampliora dari possint, tamen Syl-
vio

vio videntur ejus opera & labores, iisq; adhibita industria & *Sylv. Ep. 108.*
diligentia longè majora esse. *Quis enim*, inquit, *dicere potest Ca-
sparem Cancellarium, quamvis ducem sibi conjugem copularit, di-
gnas laborum retributiones tulisse, qui jam trium Cæsarum Cancella-
rius fuit?* Et paulò pòst idem ipsam fortunā introducit eadem
asseverantem: *Nam & ille Cancellarius, herus tuus*, inquit, *Caspar,
minus, ut dicis, habet, quàm mereatur.* Nec aliter de meritorum
magnitudine, quæ ex hoc, & similibus officiis, in Rempubl. re-
dundant, Ludovicus Pius Imper. sensisse videtur, qui facultati-
bus, atque bonis illis, quæ Carolus ejus parens, largissima ma- 40
nu dederat suo Einhardo, multò ampliora adjecisse legitur, at-
que possessionibus & prædiis, nemoribusq; & villis atque pa-
gis florentem ditionem & Comitatum similiter eidem donas- *Chr. Laur. d. l.*
se. Hæc verò Cæsaris ipsius de ea re verba leguntur: *Proinde nos
morem parentum nostrorum, Regum videlicet prædecessorum nostro-
rum, sequentes, volumus fidelem quondam nostrum nomine Einhar-* 41
*dum, de quibusdam rebus proprietatis nostræ honorare, atq; in sui juris
potestatem, liberalitatis nostræ gratia, conferre. Nec immeritò; quippe
cùm & fidelitatis obsequio & obedientiæ devotione hoc apud sereni-
tatem nostram dignè mereatur adipisci, qui totis jussibus usquequaq;* 42
nostro servitio, nostris jussionibus fideliter parere studet, &c. Iisdem
verò de causis, & quod non modò in virili ætate, dum vires an-
niq; sinebant, verùm etiam in extrema senectute laborum pa- 43
tientissimus esset, consiliisq; suis atq; studiis Rempubl. mirum
in modum adjuvisset, Lampertum Cancellarium suum Ele-
ctor potentissimus Brandeburgicus, *non ut ministrum* (verbis *Hild. in orat.*
scriptoris utor) *sed ut Imperator ille suum Vlpianum, amore singula-* 44
ri complexus esse, maximisq; præterea fortunis & divitiis cumulasse *Ang. in Chr. Brand.*
scribitur, *quæ*, ut antea recitatum est, *sæpenumerò etiam in invi-
tum fuerint collatæ.* Dignissima profectò præmiorum tantorum
ratio! Quid enim ex omnibus opibus, fortunæq; ludibriis esse

Oo potest,

45 poteſt,quod cum divini conſilii atque prudentiæ facultatibus, earumq; in Republ. uſu, & inæſtimabili utilitate conferri, digneq; iiſdem rependi poſſit. Incredibile ferè auditu eſt,quantas divitias veteres gentes, in donaria Delphica, cùm conſultum atque ſciſcitatum Væjoris ſui irent oracula, contuliſſe dicantur.

Bud.d.loc. Atque & Cancellarii domus, teſte Budæo, totius principatus quoddam oraculum exiſtit, cujus januã, atq; veſtibulum omni poſtulanti, omnibus horis, patere oporteat.

47 Multò itaque æquius in eandem, tanquam in publicam conſilii ædem, atq; oraculi civilis ſedem, præmia quàm maxima liberaliſſimè conferri.

48 Optimum verò Principẽ imitari in eo Deum oportet, & opibus atque Imperiis, ut rectè Bodinus exclamat, benè de Republ. meritos augere. *Bob.lib.5 c.4.* Capitibus autem ſuperioribus eandem rem nonnihil attigimus, ubi, minimè eſſe laborioſiſſimo officio præmia ſua invidenda, dictum eſt: præterea additum eſt, convenientes autoritati muneris ſuſtinendæ opes, atq; fortunas eſſe debere, ideoq; tenuitatem idoneorum

49 hominum, beneq; de Republ. merentium, eſſe neceſſaria ope & opibus ſublevandam, ne in contemptum, ut fieri ſolet, per anguſtiam aliquam dignitas vocetur: *Permultum enim intereſt,* exclamat regius ſecretarius, Juriſconſultus prudentiſſimus, *Bud.d.e off.præf. prat.*

50 *quis à quo magiſtratus* (de Cancellariatu Galliæ loquitur) *geratur: Etenim idem honor pro majeſtate contemptuq; gerentis, nunc ſublimis & eximius eſſe, nunc, ut ita dicam, in ordinem coactus eſſe videtur. Quantos enim ex quantulis magiſtratus factos eſſe vidimus, interdum gerentium eos virorum claritate? Et viceverſa in ordinem redactos eorundem obſcuritate.* Atqui ut hac de cauſa eò facilius huic dignitati

51 ſuum etiam ornamentum in iis rebus conſtaret, tum hæc, de quibus dicimus, præmia, tum alia, quæ ex ipſius officii rationibus proficiſcuntur compendia atque ſalaria conſtituta fuerunt. Quod ſimili modo in antiquis ſcriniis, non ſine aurea qua-

quadam messe, ordinatum fuisse, jam ante ostensum fuit. Huc 52
verò redeant illa, quæ antea de cupiditate cohibenda, deque *d.l.1 ff. de petit. bon. publ.*
modo in ejusmodi rebus tenendo disputata fuerunt. Etsi enim
præmia honestè quidem accipiantur, tamen inverecundum
est, si eadem molestè importuneq; flagit...ur. Boni etenim &
munifici Principes, quorum expressissimam imaginem in illustrissimo, atq; celsissimo patriæ nostræ parente, clementissimo
Principe, Mauritio, summa cum voluptate & lætitia (diutissi- 53
mi temporis eam cœlestis auctor esse velit) intuemur, cum
Rege illo veteri Cyro, atq; humanissimo Imperatore Tito, vitæ humanæ deliciis, non possunt non esse erga suorum preces
promptissimi. Inveniuntur autem plerunque petacissimi Ly- *Plut. in Lys.*
sandri, qui bonitate eorum, & munificentia nimium abutan- 54
tur. Ejus enim nominis in aula Cyri ille erat, qui, quæ volebat,
omnia à Rege consequi poterat. Cui similes in veteri Francia
palatii magistros fuisse scribitur, quorum insatiabilis cupidi- 55
tas, non modò maximam bonorum, publicarumq; possessio- *Bod. lib. 5. de Rep. c. 4.*
num partem, verùm etiam summa majestatis jura, omniumq;
beneficiorum ac præmiorum gratiam ad se transtulerat. Ve-
rùm prudenti viro, non tam de cumulandis indies copiis cogi-
tandum, quàm rationes optimæ de rebus benè partis conser- 56
vandis, instituendæ. *Atq. ille beatus est*, uti aulicus magister ex *Æn. Ep. 42. ad Casp. Slic.*
Imperialibus cancellis, ad Cancellarium Imperialem scripsit,
qui cupiditati terminum ponit, neq., ut vulgò accidere solet, non contentus præsente sorte, quò plus habet, plus expetat habere. Nam non rarò 57
animadversum est illud evenire, ut, quemadmodum ibidem
idem testatur, *qui nimias poscat opes, is sibi excelsæ turris tabulatum erigat, unde altius cadat, majoremq́. det ruinam, quàm opinionem.*
Quemadmodum enim in opimioribus frugibus facilimè gur- 58
gulio & cantharides nascuntur: Ita invidia, & ex ea plurimæ *Plut. de od. & inv.*
aliæ pestes plerunque novas, & ex præmiis ingentibus acquisi-

Tac.lib.17.Ar. tas divitias, comitari solent. Quandoquidē, teste Tacito, *mortalibus insitum est, recentem aliorum felicitatem ægris oculis intueri.*
59 Ex quo ut plurimùm contingit hisce fortunis, quod de Mediceorum id ætatis maximè efflorescentibus opibus, Fridericus
Pereg. in conv. quæst. Cast. de pr. Ger. vir. li. 5. c. 3. n. 5. III. Imperator dixisse fertur. Quid verò illud? Cùm Romam iter habiturus Cæsar Florentinum agrum transiret, visis Cosimi Medicis possessionibus, quas ille, brevi intervallo, ex mini-
60 mis quàm maximas reddiderat: *Quàm multa*, inquit, *odia & convitia pertolerasse hominem oportuit, quantasq; adversitates exsuperasse, dum ad eum rerum statum pervenerit.* Quæ quidem causa esse videtur, quare multorum amplissima præmia hortis Ado-
61 nidis similia esse appareant, quæ subitò, & uno nonnunquam
Plut. in Them. die parta, celerrimè iterum pereant. Quod enim Themistocles magnis arboribus accidere dixit, ut cùm contra imbres & tem-
62 pestates viatoribus umbram præbuerint, nube præterita, ab iis, quos ramis suis texerant, folia earum carpantur, frondesq; amputentur: Idem sæpè multorum præmiis & opibus eveni-
63 re videtur, ut, quercu cadente, quivis incipiat, ex ea ligna colligere. Solent autem præterea divitiarum atque possessionum
64 amplissimis muneribus, etiam ordinis & status dignioris præmia adjici, quemadmodum in modò propositis exemplis ani-
65 madvertere licet. Nam & illorum præmiorum, quæ in nobilioribus beneficiis, quæ appellantur Feuda, consistunt, ea ratio
Bart. in l. 1. C. de dign. Tiraq. de nob. c. 6. esse dicitur, ut dignitatem, velut Bartolus loquitur, annexam habeant. Qua ratione superiores illi duo, Einhardus, & Casparus, Cancellarii, unà cum comitatibus, illustrem Comitum di-
66 gnitatem, & ordinem accepisse intelliguntur. Quanquam au-
l. 1. C. de prap. l. ult. C. de exc. tut. & ibi Dd. tem per se tam illustre Cancellarii officium sit, ut, quod suprà declaravimus, etiam nobilitatem ei, qui ipsum administrat, semper tacitè conferre intelligatur: Est tamen & antiquis Cæsarum Imperiis nobilitandi benè meritos, præmioq; dignitatis atq;

atq; honoris excellentiore afficiendi eos, qui tum in hoc, tum in aliis muneribus versati fuerint, consuetudo observata, & à temporibus Zenonis in Romana Republ. retenta. *Cunr. Lag. in Meth. jur. civ. p. 2.* Quod quidem præmiorum genus eò videtur esse honestius, virtutique 67
condecorandæ convenientius & splendidius, quò à quæstu & utilitate omni remotius, cùm sine ulla administratione, opumque & facultatum compendio tribuatur. Quandoquidem *Bod. d. loc.* *omnis dignitas*, teste etiam Gallorum Politico, *utilitate elevatur.* 68
Dignitas autem illa, quæ à Principe, qui, ut Baldus loquitur, quos velit, nobilitat, tanquã à fonte omnis civilis honoris proficiscitur, est ordinis ex plebejo statu evectio, quod fit per insi- 69
gnium & armorum, uti vocant, collationem, concessis unà privilegiis ordini usitatis. Quam quidem nobilitatis consequendæ rationem suprà diximus avidissimè solere etiam ab iis, qui jam antè literatæ dignitatis summis apicibus illustrati sint, ideò expeti, quòd, cùm illa personalis sit, neque ad liberos succes- 70
sores, si virtutes & literas easdem non complexi sint, derivetur, *l. 3. C. ubi sen. vel Clar.* sperent in ea nobilitate, quæ per honorarios Principis codicillos, ut Zeno Imperator loquitur, conferatur, hereditarium sibi ornamentum, decusq; atque excellentiam perpetuam fore. Nec verò istud præmii genus non maximo loco habendum, 71
si ultrò virtuti optimè meritæ concedatur, neque ambitiosis precibus, multò minus preciis sordidè quæratur. Nam & Marchicus ille uterque, quos archiater nobis descripsit, ab Imperatoribus nobilitatis insignia consecuti esse prædicantur, qui- 72
bus acceptissimi atque carissimi erant. Sed quò minus, auctor ait, de Lamperto loquens, gloriam ille quærebat, eò magis eam assequebatur, eique prorsus in ea re accidit, quod Chrysostomus scriptum reliquit: *Honoris magnitudo*, inquit, *pro honoris di-* 73
gnitate vivere nolentibus, major fit supplicii accessio. Eò autem spectant illa, quæ suprà de honorum cupiditate dicta sunt. Vulgi

Alb. de nupt. lib. 4. c. 13.

tamen aliud plerunque judicium ea de re esse solet, qui, ut Albericus Gentilis scripsit, cum Genensi illa muliere sentiunt,
74 non pennam, sed aliam rem esse, quæ nobilitatem pariat. Nec omnibus in regionibus ea consuetudo est, quæ in Anglia, eodem teste, ut, qui hodie de plebe ad dignitates Equitum, Baronum & Comitum educantur, omnium sententiâ pro nobi-
75 libus & Baronbus, atque Comitibus censeantur. Quapropter multi etiam, etsi sibi præmium istud honorificentissimè, ultrò & sine omni ambitu collatum habeant, tamen non ad statum
76 suum altiùs efferendum, sed ad virtutis suæ testimonium, posteritati relinquendum, inter κειμήλια, & ornamenta domestica, sine omni jactatione, cõclusum tenent, ne fortè in aliquem invidiæ fumum per novitatis lucem vocentur. Sed neque illud honorariæ dignitatis genus hoc loco prætermittendum est,
77 quod veteres comitivam appellasse videntur, atq; insigne premium hominum eruditorum fuisse olim cognoscitur. Nam si qui viginti annos in urbe Constantinopolitana *publicam scientiæ suæ professionem exercuissent, atq; laudabilem in se probis moribus,* ut ea de re Cæsarum verba sunt, *vitam esse demonstrassent, si do-*
78 *cendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamq; disserendi se habere patefecissent,* novi illo honoris genere, cujus Constantinus Imperator institutor & auctor fuerat, afficerentur. Ejus rei vestigia in hodierna dignitate, quæ Comitis Palatini dicitur, reservata esse videntur. Est autẽ potestas Vicaria conferendi, nomine Principis, honores civiles, & literarios,
79 maximeq; perspicua est, in magistris, & doctoribus creandis, in Poëtis coronandis, in scutis & insignibus nobilitatis elargiendis, in ætatis venia danda, in legitimandis naturalibus, in arrogationibus, in natalibus & honoribus restituendis, reliquisque id genus exercendis regalibus, quę majora sunt, & ad palatium
80 solius Principis, unde Palatini vocantur, pertinent, ex quo, tan-

l. un. C. de prof. qui in urb.

Euseb. in vita Const.

tanquam ex proprio penu suo, profluunt. Præmium profectò *Sixt. de Reg. li. 1.c.4.n.17.*
insigne maximæ potestatis, qua etiam summum Imperii judi-
cium destituitur! At illud literatæ virtuti atque præstantiæ di- 81
vina Imperatorum indulgentiâ atque gratiâ concedi solet. Da-
ta eadem potestas & quondam, & nunc etiam, instar amplissi-
mi præmii, benè meritis Cancellariis atque Consiliariis. Quo *Bart. in tr. de arm. & insig.*
nomine etiam Bartolus gloriatur, sibi eam dignitatem à Caro-
lo IV. Imperatore, cujus à consiliis erat, honorificè tributam 82
esse. Sed neque illustri genere nati Comites, majorum ætate, id
genus honoris atque potestatis respuisse videntur. Nam ex an-
tiquissima familia Hennebergensium Comitũ Bertholdus, ejus 83
nominis decimus, qui Sapiens cognomẽto & Providus dictus,
venustissimus Alemanniæ, uti in Annalibus veteribus legitur,
Orator, atque trium Imperatorum Consiliarius, primusq; ex
illustri illa domo, in illustrissimorum Imperii Principum ordi- 84
nem, in conventu omnium statuum ad Mœnum, cooptatus,
inter alia regalia ornamenta etiam hanc dignitatem Palatini
Comitis, à Ludovico Bavaro Imp. consecutus esse legitur, ut
non modò ipse, sed etiam ejus heredes eâdem per omnem æta- *Cyr. Sp. in Chr. Hen.*
tem uterentur, ita, ut quotannis singuli ejus familiæ duodecim
naturales legitimare, & decem notarios creare possent. Res 85
digna memoria, de tam egregio virtutis doctrinæq; præmio!
quod tamen paulò pòst inter Sigismundi & Friderici III. im-
perium, teste Sylvio, adeò pervulgari ceptum, ut etiam ad mer- *Sylv. Epist. 1.*
catores, sordidasq; artes fuerit delapsum. Qua quidem indi- 86
gnitate promotus Cæsar Fridericus, dignitatis istius atque pri-
vilegii concessionem prorsus constituit submovere, cùm sibi
persuasum haberet, eam Comitum creationẽ esse omninò in-
utilem. At nunc vicissim magnus eorum numerus in Imperio
invenitur, testante Regnero Sixtino, Jurisconsulto, quondam *Sixt. de Reg. d. loc.*
hujus Academiæ nostræ Marpurgensis primario antecessore,

nunc

87 nunc Mauritiano Hassiæ Consiliario. Fridericus autem, judicante eodem ibidem Sylvio, *dum prohibere volebat id, quod fieri non debebat, id etiam vetabat, quod erat faciendum*. Sed quid de hac re agamus pluribus? Noster, tametsi neque hæc, neque alia id genus præmia consequatur, non minus tamen officii sui parti-
88 bus sedulò, & diligenter perfungetur, Catonemq; in ea re imitabitur illum Romanorum gravissimum. Quid verò ille? Cùm
C. de imag. & stat. in urbe undiquaque statuæ & monumenta (illa etiam quondam inter virtutum præmia erant) posita quàm plurimis plurima viserentur, solus ille inter optimè meritos omni eo hono-
89 re carebat. Interrogatus autem quî hoc fieret? Malle se, inquit, posteros sciscitari, quæ causa fuerit, quamobrem Catoni non esset, quàm quare esset statua locata. Præstantissima siquidem
90 præmia in præclara rerum gestarum recordatione, & optima muneris administratione sita sunt, quæ, uti Mecœnas Augu-
Cass. lib. 52. sto suo consuluisse legitur, non in ullis caducis cippis, non in imaginibus, non in aureis & argenteis muneribus, sed in animis hominum, perpetuaq; fama & egregia existimatione relinquuntur. Quid enim amplioris præmii, quid majoris gloriæ,
91 ex hoc officio reportari poterit, quàm ut, sempiterna omnium
Hild. in v. Had. Alb. temporū prædicatione, illud tropæum meruisse dicaris, quod deberi Marchico illi Hadriano Cancellario panegyristes ejus scripsit, hoc elogio inscriptum: *Observatos cum civibus Principes*. Cedant omnes veteres illæ infulæ & trabeæ, cedant copiosissima municipia & oppida, cedant cætera opum & fortunarum precia, omnes deniq; immunitates, honores, & ornamenta cedant. Horum enim gratiâ, si fortè illorum, ut sæpè fieri solet, fortuna etiam meritissimū prætereat, vir bonus à functio-
92 ne sua, quam patriæ & virtuti debet, nunquam discedit, nunquam missionem cum Einhardo illo poscit. Multò minùs verò noster à veteri statione ad aliam, majoribus promissis, & muneri-

neribus illectus, sese conferet, more gregariorum militum, de 93
quibus in trivio canitur:

Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces. *Luc. Phars. 3.*

Patrum ætate magnę glorię fuisse prædicatur, Francisco Burchardo, Saxonico Cancellario, quòd repudiatis amplissimis conditionibus, quas Henricus, Angliæ Rex, unà cùm Periscelidis aureæ honore, atque equestri dignitate, si sese regiæ fami- *Luth. in conv. serm.*
liæ daret, ei offerebat, in antiquo officii loco maluerit perma- 94
nere, quàm majoris præmii atque stipendii gratia missionem flagitare, & è ducis curia in regium palatium commigrare. 95
Quęstus enim & pecuniæ aviditas, nullius non officii & dignitatis accessum obscurare atque imminuere videtur. Sed satis
de præmiorum rationibus, quibus missis, ad missionem mune- 96
ris, &, quæ præmiis è regione opposita sunt, ad pœnas descendemus.

CAP. VII.

De missionibus, commissis, eorumq; pœnis.

QUemadmodum autem in veteris militiæ disciplina, mis- 1
sionum aliæ cum honore, cum ignominia aliæ erant: Ità tum in hoc, tum in cæteris muneribus eædem contingere solent. Illarum autem, quæ cum honore obvenie-
bant, duo genera fuerunt, quarum una speciatim honesta, al- *l. 13 ff. de mil.*
tera causaria dicebatur. Illa vel finito bello, vel legitimo mili- *Laz. lib. 4. c. 7. Reip. Rom.*
tiæ tempore exacto dabatur, hæc, vel ob animi & corporis va- 2
letudinem, vel ob senectutis infirmitatem concedebatur. At- *l. pen. C. de his*
que ad eandem rationem hujus officii missiones fiunt, cùm vel *qui non impl. stat.*
Cancellariæ collegium totum tollitur, quemadmodum in 3
Gallia, ab anno millesimo centesimo nonagesimo, regnante *Bud. d. loc. in l.*
Philippo Augusto, accidisse legimus, cùm codicillis regiis id *1. ff. de off. præf.*

Pp tem-

temporis scriptis asscriptum fuerit, *vacante Cancellaria*: vel ejus
constitutio in aliam officii formam convertitur. Quanquam
4 autem huic administrationi nulla certi temporis meta præfixa
Tac.lib.20. Ann. habeatur, ut olim militiæ, cui viginti annorum spacium vaca-
tionis & immunitatis beneficia afferebat: tamen eodem mo-
do honestæ illæ missiones sunt, quæ, sive brevioris, sive longio-
ris temporis administratio sit, officii liberationem, bonâ, ut lo-
5 quuntur, cum gratiâ consequuntur. In eo autem genere non
solùm postulatæ, sed etiam delatæ missiones sunt. Solent au-
Sylv.de mis.r. cur. tem in novis successionibus plerunque administratores vete-
Bod lib.4.de Rep.c.5. res dimitti, teste aulicarum rerum peritissimo Sylvio. Atque il-
lud olim aviti moris fuisse in Galliâ accepimus, ut Reges, in-
6 eunte Imperio, omnes antecessoris sui, etiam patris, domesti-
cos, & familiares aulâ exegerint. Cujus consuetudinis exem-
Com.lib.9. plum à majoribus acceptum secutus Ludovicus XI. neminem
7 in statione prioris officii sui reliquerat. Quàm verò imprudën-
ter, quantoq; cum incommodo, & detrimento Reipubl. illud
factum fuisset, rerum eventu, qui stultorum magister esse
dicitur, ipse edoctus, filio suo Carolo, inter alia suprema curæ
paternæ præcepta, magnoperè mandabat, ne quid omninò
post mortem patris mutaret, mittebatq; propterea Cancella-
8 rium suum, atq; alios duces, & ministros ad eum, ut, quemad-
modum abeuntes rogaverat, bonam & fidelem operam suc-
Hild.d.or. cessori navarent. Cancellarium Marchicũ Hadrianum gran-
dem natu dicere solitum ajunt, *veteres ministros, ac veteres num-*
9 *mos esse patrifamilias in precio habendos*. Multò verò magis anti-
qua, verè antiqua consiliorum pectora, omni ratione & studio
in Reipubl. administratione retinenda. Nec verò imitandus in
10 re ista, qui alioqui prudentia & doctrina illustri fuit, princeps
Guic.& ex eo Hipp.de cons. Laurentius Medices, quem, sive hominũ suorũ fidei, sive con-
stantiæ diffideret, nullis Consiliariis diu iisdem usum esse legi-
mus.

mus. Cancellarii verò missio eò majore cum periculo Reipub. 11
est conjuncta, quò ejus officium rerum arcaniora complecti-
tur. Vidit hoc Carolus ille noster Magnus, qui propterea Ein-
hardum, tametsi id vehementer urgeret, essetq; gravissima e-
jus dimittendi causa, à se dimissum noluit, secutus Mecœnatis 12
illud consilium, quod Augusto datum legimus, cùm eum ad-
moneret, *ut quos fidos bonosq́; in officio expertus esset senatores, perpe-* Dion.Cass.li.52.
tuo retineret, eosq́; præmiis atq; pecuniis, si fortè opus esset, juvaret, quò 13
eos tantò magis sibi obnoxios & addictos redderet. Sed neque causa-
ria missione senis etiã umbra, quę hasta juvenis fertur esse vali-
dior, penitùs ejicienda, neque Appii cœcitas ab omni senatu 14
removenda, sed etiam è lectica prudentum, si qui valetudine
capiantur, rationes & consilia audienda. Extremæ verò ingra-
titudinis est, senectutem benè meritam, tanquã morticinium
aliquod relinquere. Quod quidẽ publico officio functis mul- Hut. in aul.
toties contingere solere, Huttenus Eques, aulicarum rerum 15
gnarus testatur, ut nõ secus ac laboribus atq; ætate fracti equi,
& canes, emeriti senes projiciantur. De qua re conquestum es-
se intelligimus Husanum Cancellarium, suprà etiam appella-
tum, qui versiculo isti antea prolato, cùm causariam, ob æta-
tem & morbum, consecutus esset missionem, subjecisse hæc
legitur:

Triste, sed heu precium nactus sub fine laborum, 16
Expertusq́; tuam, mobilis aula, fidem:
Qui mea fortè leges vestigia deditus aulæ, Hen. Pet. pa. 2. de vit. priv.
Huc ades, exemplo disce docente meo,
Fidere, nec magnis ducibus, nec regibus ausis,
Ah, miser, illorum, quisquis adorat opes!
Sunt homines, magniq́; duces, regesq́; superbi,
Fallit in humanis spes sita præsidiis.

Legat illa noster & observet, ac si fortè immerito eadem acci-

dant, ab eodem Cancellario ſolatium atque remedium petat. Hoc enim idem epiphonemate ſuam illam ſupremam querimoniam concluſam nobis reliquit:

17 *Nulla ſalus ope mortali ſperare ſalutem!*
Vna via eſt uni fidere tuta Deo.

Quod etiam Cancellarius Lampertus, aulicus ille felix, ſuo
Hild.d.or. ſymbolo monuiſſe videtur. Quod verò illud? *Iacta curam tuam in Dominum, & ipſe te enutriet.* Firmamentum validiſſimum adverſus omnem aulicam miſſionem, quæq; immeritis obtinge-
Sch.in v.Petr. de Vin. re poteſt, ejectionem! Nam non rarò evenire ſolet, teſte Juriſconſulto Schardio, ut optimi etiam, & meritiſſimi homines, per calumniam & invidiam, ex ſumma Principum ſuorum
18 gratia, quam ſibi plurimis benefactis pepererant, in maxima odia, falſasq; ſuſpiciones vocentur, atq; è ſumma dignitate & honore inhoneſta miſſione in extrema vitæ diſcrimina deji-
Luc.lib.5 de rer.nat. ciantur, ſecundum illum Lucretianum verſiculum:

19 *Namq, hos è ſummo,* inquit, *quaſi fulmen dejicit ictos*
Invidia interdum contemptim in Tartara tetra.

Ejus verò rei exemplis omnium gentium hiſtoriæ abundare cognoſcuntur, ex quibus pauca tantùm eorum, quæ ad hoc officium propiùs pertinent, in medium afferemus. Non au-
Plut.in Ar. tem ignotum eſt, quid in Philippi Regis Macedoniæ aula Arato Sicyonio, viro ſapientia, juſtitia & moderatione inſigni olim contigerit, cujus conſilio quàm plurimas res feliciter & egre-
20 giè ille geſſerat, qui non modò ex regio conſulendi munere
21 deturbatus, ſed etiã unà cum liberis veneno ſublatus. Ita magnus ille Magiſter Ulpianus, quem inſtar parentis ſui Imperator Severus diligebat, & contra impetum militum purpurâ ſua
Lamp in Helio. tuebatur, ab Heliogabalo dignitate & officio ſuo, non ſine ru-
22 bore exutus eſſe legitur. Papiniani autem ſanguinem pro juſti-
Spec.jur.Sax. tiæ defenſione effuſum, ſuprà oſtendimus. Quis verò ex noſtris

ſtris annalibus Burchardum de Mangenfeld, Quæſtorem pa- *Lant.de ſit. & ar.*
latii, & Cancellarium Ottonis II. Imper. etiam in carcere non
cognovit optimè de poſteritate meruiſſe, in quo juris Saxonici 23
interpretationes elaboravit? Nec deſunt, qui ſuſpiciones falſas *Sch.d.loc.*
fuiſſe arbitrentur, quibus Petrus de Vineis, apud Fridericum
II. Cæſarem, in ultimam anguſtiam conjectus. Nec laudatiſſi- 24
mum illud omnium Cancellariorum exemplum Hoſpitalius
diu in optimè adminiſtrato munere conſiſtere potuit. Sed quis 25
modus commemorationis hujus foret? Non opus eſt priorum
ætatum annalibus, noſtrorum temporum memoriam tene-
mus, quæ quantam copiam illarum rerum ſuppeditare cuique
poteſt? Pleriq; autem non alia cauſa, quàm quòd conſilii ſui
benè perpenſi, & ad optimum finem deſtinati, eventu fruſtra-
ti fuerint, resq; aliter, quàm putarant, ceciderit, nō modò ſine 26
honore, verùm etiā in graviorem indignationē vocati eſſe in-
veniuntur. Qua ratione nihil eſſe poteſt iniquius, quandoqui-
dem illud in Conſiliarii manu eſſe nequit, ut ſucceſſum conſi-
liis ſuis, quod ſolius Dei eſt, largiatur. Quapropter ab omnibus 27
prudentibus viris etiam iis, qui vera Dei cognitione nulla præ-
diti fuerunt, res iſta graviter reprehenſa, & extremæ injuſtitiæ
condemnata fuit. *Sæpè enim videre eſt*, teſtante Salluſtio, *prava* *Sall in Cat.*
magis, quàm bona conſilia proſperè evenire, quia pleraſq; res fortuna & 28
libidine ſua agitat. Ex quo intelligitur, non eſſe conſilii eventu
animum conſulentis æſtimandum, neq; quenquam propterea
pejoris fidei habendum, quòd alea rerum optimè propoſita- 29
rum eum fefellerit, neque etiam idcirco alium melioris animi
cenſendum, quòd feliciores exitus ſuada ejus ſortita fuerit. Ita
fortuitus ejus conſilii ſucceſſus erat, cùm Caſparus Schöneich, *Chyt.Chr.Sax. lib.14.*
Megapolitanus Cancellarius, Principi ſuo, Henrico Duci, jam-
jam equum conſcenſuro, & iter ad Schmalcaldianam confœ-
derationem ingreſſuro, ne ſocietatem iſtam adiret, diſſuaſiſſet, 30

eaq; ratione, bello Germanico paulò pòſt infeliciter cadente,
ditionem illam à plurimis vexationibus conſervaſſe prædica-
retur. Sed neq; contrà aliorum optimorum etiam hominum,
31 ſententia reprehendenda fuit, qui pro libertate patriæ com-
munem opem rebus ferendam eſſe judicarunt, multò minùs
verò illi ideò accuſandi erant, quòd fatum votis eorum repu-
gnaſſet, exitusq; conſilii rationibus non reſpondiſſet. Quam-
quidem ſententiam, Germaniæ præceptor, Philippus, ſuperio-
32 ri illi ætati & voce & ſcriptis clariſſimis, quàm maximè incul-
catam voluit, adducta Curtii, auctoris graviſſimi, exclamatio-
Mel. ad Cam. Ep p. 564. ne, qui *defuturi ſunt*, inquit, *qui ſuadeant, ſi malè ſuaſiſſe periculum*
fuerit: quam idem his verbis expoſitam reliquit: *Licet quiddam*
ſacrum, inquit, *conſultatio ſit, tamen eventum conſiliorum nemo præ-*
33 *ſtare poterit, & conſiliarii hoc caſu puniri non debent.* Puniuntur au-
tem è contrario illi juſtiſſimis rationibus, & inhoneſtas miſſio-
nes ex commiſſo commerentur, qui ſpecioſiſſima conſilia inſi-
do & malo animo, tanquam venena ſub melle propinant. Ejus
34 generis illa erant, quibus majorum ætate optimi Imperatores,
ad expeditiones Palęſtinas ſuſcipiendas ſub pietatis & relligio-
nis, ſummæque gloriæ prætextu, maximo cum totius Germa-
niæ, atq; adeò Chriſtiani orbis detrimento inſtigabantur. Ejus
enim conſilii ſumma huc omnis ſpectabat, ut Germania viris
& viribus ſuis exueretur, Imperiiq; decus atque dignitatem,
35 omni tandem exhauſta robore, amitteret. Atq; eam rem Can-
cellarii illi Ligii, quos ſuprà oſtendimus, omni ope & opibus
adjuviſſe leguntur. Quid verò de illis conſiliis & ſuaſionibus
l. 16. ff. de pæn. dicemus, quæ, Claudio Juriſconſulto affirmante, ſceleris inſtar
habentur. Quemadmodum enim majora præmia, uti declara-
ta ſunt, hujus officii diligentiæ atque fidei propoſita ſunt: ita
36 viciſſim, ſi quæ in eo munere ſecus, quàm vel juriſjurandi re-
ligio, vel dignitatis ratio, vel officii fides & integritas poſtulare
videa-

videatur, agantur, severioribus etiam animadversionibus rectissimè vindicantur. Quod quidem ad eum modum gravissimis verbis Christiani Imperatores, Theodosius & Valent. ad Bassum, præf. Præt. scripsisse leguntur: *Gravior*, inquiunt, *pœna constituenda in eos, qui nostri juris sunt, & nostra debent custodire mandata.* Atque idem Imperator Theodosius eandem sententiam ad Paulinum præfect. Præt. repetitam dedit: *multò magis*, inquiens, *pœna digni sunt, quibus cùm plurimum honoris per nostram jussionem delatum est, occulto inveniuntur in crimine.* Nec aliter de re ista Canonici juris decreta judicarunt. Nam & Hilarius Pontifex ex Synodo Romana scripsisse legitur, *reatu majore delinquere illum, qui potiori honore perfruatur, & graviora fieri peccatorum vitia sublimitate peccantium.* Similiter statuit Urbanus III. *tantò graviùs quemq; vindicandum, quantò majore præemineat dignitate.* Nec prætermittenda hoc loco illa veterum Meliorum vox ad Athenienses, quam ex profanis scriptoribus Thucydides nobis reliquit, dignam, quæ in Repub. Christiana omnium dignitatum & officiorum portis inscribatur: ὅσῳ ἢ ὅτι μεγίστη τιμαεία σφαλέντες ἂν τοῖς ἄλλοις παράδειγμα γένοισθε. *Quò majores*, inquiunt, *cæteris estis, eò majori exemplo, si labemini, eritis pœnarum magnitudine.* Hac verò sententia multi etiam priscis temporibus ex altissima aulici honoris sede sese ipsi in acerbissimas mortes præcipitarunt, qui gratiâ Principum suorum abusi, concessi muneris potestatem maximis sceleribus & flagitiis astrinxerant. Sciamus potentiâ apud Tiberium quantâ erat? At illum perfidia & perduellio in Gemonias traxit. Eadem Cleandrum, qui cùm cretatis, ut Plinius loquitur, pedibus Romam ingressus esset, ad tantas dignitates, Commodo imperante, qui cùm adoleverat, pervenit, ut præfecturam summam militum obtineret. Eò verò felicitatis & potentiæ ex infimo loco Plautianus apud Severum Imp. progressus erat, ut affinitate proxima cum

Margin notes and numbers (in order down the right margin): *l. un. C de cond.* — 37 — *l. 8. C. de Ep. & Cler.* — 38 — *C quia sanctitas, c. nulli, ibi gl dist. 19.* — 39 — *c. 11. de jur.* — *Thucyd. lib. 5.* — 40 — 41 — 42 — *P. lib. 35. c. 18.*

43 cùm Imperatoria domo conjungeretur, postquam ejus filiam suo filio Cæsar in uxorem tradidisset. Sed eundem superbia & inexplebilis opum, atque regnandi cupiditas in exitium, quod benefactori suo Cæsari ipsi generoq; paraverat, demersit. Atq; hi, & complures horum similes alii, in eo loco fuisse videntur, in quo antea Cancellariorum dignitatem in regnis hodiernis
44 versari ostendimus. Quid autem pravum consilium, & annuli regii abusus efficere possit, literæ sacræ in isto Persicæ aulæ Hammone nobis ob oculos posuerunt. Ejusdem verò hominis pœna, cùm in furcam eandem esset actus, quam alterius innocenti capiti figi jusserat, divinæ ultionis illustri monumento est, quæ, ut etiam profanus vates cecinit, *pede claudo rarò solet deserere antecedentem scelestum.* Justissima verò talio! cùm, qui in-

Hor. lib. 3. od. 2.

45 strumenta sævitię & iniquitatis omnis fuerint, cum Perillo isto veteri tormentorum inventore, iisdem, quas aliis excogitaverant, machinis pereant. Cujus rei insigne exemplum in illo Gallico Regis undecimi malo Consiliario Belvensi Episcopo &
46 Cardinali, apud auctorem nostrum, proponitur. Quos enim ille ad alios excruciandos invenerat horribiles atque immanes carceres, in eos ipse primus à Rege conjectus, quindecim annorum situm ac squalorem sustinuisse legitur. Possent quidem ex superiore memoria complura etiam hujus officii exempla proferri, sed malim tristissimarum rerum recordationem à remotioribus regnis peti. Suevicus autem ille, suprà nominatus, Perse, Perseo illi veteri longè dissimilimus, qui, teste Plutarcho,
47 omnia secundum jus agebat, pudoremq; in cunctis negotiis declinabat, pro multis exemplis unus esse potest. Mortalium etenim infelicissimus multas mortes pro una morte sustinuisse scribitur, secundum illud, quod veteris Epistolæ ad Lotharium Imperatorem, à Pontifice missæ, sententia de Prælatorum pœ-
48 nis constituit: *Scire Prælati debent*, inquit, *quòd si perversa unquam per-*

Com. lib. 10. com.

Plut. de vit. pud.

Nic. Pap. c. præcipuè, 11. q. 3.

perpetraverint, tot mortibus digni sint, quot in subditos suos perditionis exempla transmiserint. Quas enim ille in officio suo pauperum precibus & supplicationibus obturatas habuerat, auribus fuit per supplicium mutilatus: quibus sententias injustas 94
scripserat, crimen falsi commiserat, mandata iniqua signaverat, quibus munera juris & æqui pervertendi gratiâ acceperat, manus & lacerti rota contusi: pedes quoq; & tibiæ, quibus justitiæ fundamenta conculcaverat, miserrimo modo confractæ: deinde & collum, ex quo signũ regiũ pependerat, quo ad omnia edicta nefaria confirmanda abusus erat, reste ligatum, humeri trajecti, pectus transfossum: caput deniq;, ex quo consilia crudelia emanarant, ferro amputatũ: postremò cor ipsum, tanquam omnium pestilentium cogitationum puteus, ex imis visceribus, toto corpore in quatuor partes dissecto, evulsum. Horrendum profectò auditu, nedum visu exemplum! quod tamen, tanquam Phlegiæ istius Virgiliani concionem, omnibus, qui in administratione juris & æqui versantur, quiq; sigilli 50
publici fidem commissam sibi habent, inculcare videtur:

Discite justitiam moniti & non temnere divos.

Balt. Russ. in Chr. Mich. Sax. ex eod. in Imp. Au.

Sed quid de corporis pœnis loquor? Animæ supplicium eò gravius est, quò diuturnior sempiternitas ejus habetur. Atqui id genus vindictæ durissimum, non pauci etiam in hac vita, 51
cùm in lectulis suis mollissimis spiritum emitterent, cum illo Gallico Cancellario, quodammodo prægustâsse dicuntur. Ille enim, cujus quoq; antea meminimus, Olivarius, tametsi inju- 52
stitiæ & immanitatis suæ pœnas in hac ætate nullas expenderit, cùm omnia ejus dicta & facta à Dei & justitię inimicis comprobarentur, ipse tamen suam sævissimam conscientiam effugere nullo modo potuit, quin eadem judice, sibi certâ viâ ad inferos cruciatus eundum esse, novissima voce, in extremo mortis articulo, non sine vehementissimo tremore exclamasse

Amb. tum. in hist.

 audi-

auditus fuerit. Miſerrima breviſſimi ævi dignitas, quæ cum ſempiterna indignitate, atq; ſupplicio commutatur! Cogitet ſemper de his & ſimilibus aliorum eventibus noſter, atque ita omnes totius officii ſui rationes inſtituat, ut quod hodie mo-
53 neta quoq; quorundam Principum monere videtur, *rectè faciendo neminem timeat*. Nam, tametſi, neſcio, quo fato interdum bonis quoque viris accidere ſoleat, ut ſine omni ſua culpa in
54 odium atq; invidiam multorum vocentur, qui vel virtutem & integritatem eorum, vel etiam felicitatem & ſucceſſum æquo animo ferre nequeant: atque propterea, quod Hoſpitali,
55 Cancellario juris ſervantiſſimo, obveniſſe dictum eſt, officii ſui adminiſtratione atq; honore exuantur: Attamen *ipſa factorum egregiorum conſcientia ampliſſimum*, Tullio rectè aſſeverante, *virtutis præmium eſt ſapientibus, vitæq; benè actæ, atq; multorum benefactorum recordatio jucundiſſima exiſtit*. Magnanimi autem & fortis Principis eſt, non continuò cum, quem multitudo,
56 tanquam noctuæ oculus, virtutis fulgore prælucentem, tolerare nequit, ab officio & è conſpectu atq; luce Reipubl. amovere, ſed cum illo Romano Imperatore Ulpianum ſuum contra populi fremitus & inimicitias omnes tueri. Atqui M. Aurelius in illo libro, qui Horologium Principum inſcriptus eſt,
57 his verbis introducitur: *Ego*, inquit, *ex quo intellexi, quid eſſet Rempubl. gubernare, hoc ſemper habui infixum animo, ut nunquam domi meæ haberē aliquem, ſimul atq; illum odio eſſe civitati animadverti*. Rectè quidem: ſed ille de iſto hominum odio loqui in-
58 telligendus eſt, quod ex cauſis iniquæ adminiſtrationis, & pravorum morum naſcitur, cujus rei ratio provido Principi nunquam eſt negligenda. Cùm verò cæco quodam impetu temerè affectus ferantur, opponendum illud Imperatorū verbum eſt, *vanæ voces populi non ſunt audiendæ, neq; eorum ſermonibus credendum, quando aut noxium crimine abſolvi, aut innocentem condemnare*

Cic. in trag. Id. de ſen.

Gene. in Hor. pr. lib. 3. c. 58.

Diocl. & Max. l. 12. C. de pœn.

minare desiderant. Sæpè tamen ita res & tempora ferunt, ut consultius sit prudenti bonoq; viro odiis hominum etiam injustis, maloq; quasi loci genio, cedere, atque ultrò missionem petere, quàm cum Socrate, ut apud Platonem est, φθόνῳ καὶ διαβολῇ, *invidia & calumnia consumi*, seq; cum Principe ipso in discrimen aliquod abducere. Quod quidem si exemplo aliorum Philippus Callimachus in Polonia, tempore Alberti Regis, cujus intima familiaritate utebatur, fecisset, facilè sese ab eo exilio, in quod odio nobilitatis, de quo suprà dictum est, pervenerat, expedire potuisset. Etenim ille in tanto amore & precio apud Regem erat, ut etiam ipse Princeps supremo monumenti honore & elogio memoriam ejus prosecutus fuerit, carmenque mortuo scripserit, cujus extremi versus his verbis leguntur:

59 60 61

Æneus hic lapis est, mors ænea, & æneus ille, 62
Qui legit hæc siccis tristia verba oculis.

Sed quid summa ista gratia contra odium valebat? Purpura regia ferocissimum impetum avertere à capite tam dilecto non poterat. Nec verò solùm domestici odii flamma, verùm etiam externæ simultates pesti esse solent. Exemplo est Florentinorum Cancellarius Collenutius peracri ingenio, ut Jovius eum prædicavit, & studiorum, rerumq; omnium erudita notitia, peornatus. Cùm enim Pisaurensium tyrannum Johannem Sfortiam, deprehensis quibusdam literis, offendisset, ille dissimulato odio, hominem ad sese amicitiæ specie pellexit, eaque fraude comprehensum in carcere sustulit. De quo facinore doctissimorum hominum judicia versibus expressa, etiámnum in manibus nostris versantur, quos inter Balamius:

Iov. in elog. doc. vir. c. 36.

64

Fer. Bal. apud Iov. in elog. d. lo.

Ignoscit Collenutio, inquit, *tyrannus mox illum necat:*
O scelus nefandum, vincens sævitiam Neronianam.

Sæpenumerò autem observatum est illud in hoc munere summis viris contigisse, quod proverbiali versiculo circumfertur,

65 ut, *cùm delirent Reges, plectantur Achivi.* Quid verò illud? Si quæ
fortè æmulationes, inimicitiæ, & litiga inter Principes interce-
dant, ex quibus offensiones graviores oriuntur, omnis plerun-
que earum rerum culpa in Cancellarium, tanquam consilii
cuncti moderatorem, conferri solet. Hinc verò multorum fi-
des & diligentia in periculum venisse legitur, quòd, cùm du-
66 biis rebus opitulari, & pro salute sui Principis atq; Reipubl. ex-
trema quæq; subire aggressi fuissent, illis res ea capitali fraudi
apud animi impotentes inimicos fuerit. Atq; ea re inter alios
Hieronymus Moranus, Ducis Mediolanēsis, Francisci Sfortiæ,
Cancellarius, patrum ætate, cùm pro fide officii omnia ea age-
67 ret, atq; consuleret, quæ ad heri sui atque principatus salutem
Fransb. in Com. lib. 3. pertinere videbantur, insidiosè ab Antonio de Leva captus, &
capitis damnatus erat, à qua tamen immani sententia, cùm
fortè extrema inopia ærarium Mediolanense laboraret, oblata
ingente pecuniæ vi, cervicem suam liberavit. Sed huic & simi-
libus exemplis opponendum illud, quod summæ gloriæ atque
68 laudi Magno illi Macedoniæ Regi vertitur, qui cùm strenuum
adversarii sui ministrum cepisset, atque ex eo quæsisset, quam-
Pl. in Ap. obrem tantis viribus adversus ipsum contendisset; ille, *si tuus,*
69 inquit, *fuissem, eundem in rebus tuis vidisses.* Macedo, voce viri
collaudata, præclaris muneribus affectum ex inimico amicissi-
mum sibi reddidit. A præceptore scilicet ille suo didicerat,
70 quod & naturalis, & civilis juris magistri docent, æquissimum
esse, nemini suam fidem atq; officium debere esse detrimento.

Sed nos, aulæo complicato, cancellos nostros claudimus,
relicto in curiarum omnium foribus regii illius Persiæ Consi-
liarii divino oraculo, quod universæ hujus administrationis &
officii finem metamq; exoptatissimam complectitur: *Qui dor-*
Dan. c. 9. *miunt in terræ pulvere, evigilabunt, alii ad vitam æternam, alii in op-*
probrium, ut videant istud perpetuò. Qui autem docti fuerint, fulge-
bunt

bunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. In qua sententia verbum Hebræorum forense, *Mazdike herabdim*, doctores & magistros justitiæ notat, qui jus & æquum populo dicunt, & justitiæ cursum in omnibus causis promovent. Quo intellectu etiam Cancellarii nostri munus comprehenditur:

Hic ergò officii commissi terminus atq;
Vnicus est vitæ scopus, in quem figere cunctos
Et sensus animi debemus & intima cordis.

Libet enim his versibus, quos Johannes Fichardus, Jurisconsultus, & in Imperiali urbe ad Mœnum Syndicus, anno ætatis suæ sexagesimo sexto, scripsisse legitur, huic operi finem atque coronidem imponere. Faxit summus ille nostrûm omnium in cœlesti curia Cancellarius, Dei Filius, qui omnes nostras preces, vota omnia, atq; desideria Patri suo, altissimo regum cunctorum regi humanissimè offert, ut, quod ille olim muneris sui administratione liberatus, villæ suæ portis inscriptum habuisse dicitur, nemo non Cancellariorum verè sibi tanquam omnium officiorum & laborum carmen epinicion, quàm lætissima voce accinere atq; applaudere possit: *Hen.Pet.p.2.de v.priv.*

Inveni portum, spes & fortuna valete.

F I N I S.

INDEX CAPITUM HUJUS LIBRI.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Numerus prior folium, posterior marginem notat.

A

B

Maria-

Q

R

S

Ste-

FINIS.

Pauca sub prælo luxata.

Fol. 1. n. 6. pro socro, lege socco. 4. n. 2. proprias, &c. propriis, &c. 5. n. 6. traditioni credas, tradi homicidas. 21. n. 5. composita, compositam. 83.9. Imperatoris, Imperatores. 87.31. intelligant, intelligat. 104. Julianus, Julius. 170.147. filium, filiam. 294. 47. Baronbus, Baronibus.



